

The image shows the front cover of an old book. The cover is decorated with a traditional marbled paper pattern, featuring swirling, organic shapes in shades of yellow, green, pink, and black. The spine of the book is bound in a light-colored, textured cloth. A small, rectangular, light-brown paper label is affixed to the lower-left corner of the cover. The label contains the year '1977' in red, a red horizontal line, the letter 'L' in red, and the number '1030' in blue. The book is set against a dark, solid background.


1977

L

1030

Em 35





d

# INTERIM,

HOC EST,

CONSTITVTIO, PRAE-  
scribens qua ratione Sacrosancti Im-  
perij Romani Status in negotio Re-  
ligionis usq; ad decisionem Concilij  
Tridentini, sese mutuò gerere ac ex-  
cipere debeant, in nunc habito Aus-  
gustæ conuentu XV. Maij

à Cæsar. Maiest. pu-  
blicata.

blicata.

*Adriani  
in Chronolog.  
17 Maij  
fol. 168.*

*Cum Gratia & Priuilegio Cæ-  
sareæ Maiestatis.*

COLONIAE,

Ioannes Quentel excudebat, Anno

M. D. XLVIII. Mense

Iunio.



**Q**UANTO magis sacra  
Caesarea Maiestas ab  
initio sui regiminis nis  
hil magis in uotis ha  
buit, q̄ ut ea tractaren  
tur & promoueretur,  
quæ uniuerso orbi Christiano, & in  
primis sacro Imperio Germanicæ na  
tionis, tanq̄ dilectæ patriæ suæ, ad ho  
norem, utilitatē, ac felicē statū ipsius,  
conseruandamq; sub alis & felici Ma  
iest. suæ administratione, oīm ordinū  
pacem, concordia & tranquillitatem  
ullo modo conducere possent: tamen  
sua Maiest. iam dudum satis perspicuis  
indicijis sensit, & re ipsa expta est, absq;  
Christiana cōpositione, uel legitima  
determinatione huius exorti pernicio  
sissimi controuerse religionis dissidij,  
ex quo haectenus oēs discordiæ, ran  
cores, bella, angustię, & grauamina sta  
tuum

tuum processerunt, ullā huiuscemodi  
firmæ pacis, iustitiæ & publicæ tran-  
quillitatis spem nō superesse: Ideo sua  
Maiest. antea varijs super ea re institu-  
tis colloquijs & tractatiōibus nullum  
non mouit lapidem, quo exitiale hoc  
dissidium ad Christianā concordiam,  
uel saniozem intellectum promouer-  
etur.

Verū cum in profecutione illius  
operis res ipsa declararet, illud dissid-  
ium adeo altas egisse radices, ut iam  
non solum Germanicam, uerū etiam  
multas alias Nationes attingeret, oī-  
busq; eis cōmune esse cœperit, ita ut  
uisum sit, huic tam graui morbo ullo  
alio cōueniētiore remedio, q̄ per uia  
uniuersalis catholici Conciliij, subueni-  
ri non posse: impetrauit tandē ad pre-  
ces Statuū sua Maiest. post multas in  
ea re habitas tractationes, q̄ genera-  
le Concilium in Germanica natione

A 2 Triden-



Tridenti convocatum & celebrari coe-  
ptum sit. Quapropter & horum Co-  
mitiorum initio cū Statibus ita egit,  
eosq; permouit, ut insequētes sancto-  
rum patrū maiorumq; nostrorū ue-  
stigia, qui in negocijs fidei semper ad  
sacra Concilia recurrere, eisdemq; ob-  
temperare soliti fuere, in adhesionem  
& submissionem huius Concilij com-  
muniter consenserint, ac ulterius suae  
Maiest. liberum permiserint, de Chri-  
stianis ac conuenientibus medijs cogi-  
tare, quibus medio tempore usq; ad fi-  
nem ac determinationem Cōcilij oēs  
Status piè & pacificè simul uiuere &  
habitare queant, ita ut nemo contra-  
rius ac æquitatē grauetur. Et sicut sua  
Maiest. tūc temporis huiusmodi Sta-  
tuum consensum ac remissionem cle-  
mentissimo animo suscepit, ita & nūc  
non minus suscipit.

De negotio uerò ipso remissionis,  
tanq̄



tanq̃ per se grauissimo, sua Maiest. haec  
atenus paterno affectu fideliter & cu  
summa diligentia deliberavit, Statu  
umq; sententias (sicut ipsimet sciunt)  
exquisiuit: req; perpensa, non sine do  
lore animi percepit, q̃ immensa incō  
moda huic inclytæ nationi haecenus  
ex p̃dicto diffidio fuerint illata: quæ  
calamitas & perniciēs ex eodē impen  
deat, ita ut ineuitabilis necessitas ex  
postulet pro constitutione ac conser  
uatione firmæ pacis, iustitiæ, unitatis,  
ac pro tollendis discordiarum semini  
bus, hanc rē usq; ad progressum & des  
terminationem generalis Cōcilij, nō  
in præsentī statu & confusione, quasi  
suspensam relinquere, sed potius ad  
maiores Christianā cōcordiam, mo  
derationem, ac saniores & propiorē  
intellectū reducere, varijsq; ingruētis  
bus cōtrarijs opinionibus amplius nō  
cōniuere, uel cōmittere ut per eas pu  
bli-

A 3 bli-

blica pax amplius turbetur & impediatur.

Dum igitur Maiest. sua in hoc tota est occupata, peropportune contigit, quod quidam uiri magni status & nominis, proculdubio bono quodam zelo erga Christianam concordiam, pacem & tranquillitatem, & ex uero erga patriam amore, adiunctum hoc consilium & sententiam ipsorum super Maiest. proposuere, exactius discutendam tradidere, seque diligenter eam obseruatuos polliciti sunt.

Id consilium sua Maiest. nonnullis egregijs sacrae scripturae peritis, ac probatis doctoribus, uidendum commisit: ex quorum relatione animaduersum est, id si in recto Christiano sensu intelligatur, à nostra uera Catholica religione & ecclesiasticis doctrinis, statutis & ordinationibus, exceptis duobus articulis, Cōmunionem sub  
utraq;

utraq; specie, & matrimonium sacer-  
dotum concernentibus, non abhorre-  
re: sed ad promouendam ac impetran-  
dam pleniorẽ controuersæ religio-  
nis Christianæ concordiam, conseruã-  
dam que in sacro Imperio publicam  
pacem & tranquillitatem, conduce-  
re, quemadmodum & adhuc Maiest.  
suæ, attenta qualitate horum tempo-  
rum, ita uidetur: nihil q; magis in uos-  
tis est, quàm ut omnes ordines sub i-  
psius Cæsareo regimine, sicut ex officio  
hoc suæ Maiest. incūbit, in religio-  
ne concorditer et pacifice simul uiuāt  
conueniant.

Itaque Maiest. sua communes Sta-  
tus, qui hactenus ordinationes & sta-  
tuta uniuersalis ecclesiæ obseruã-  
runt, requirit, clementer petens, ut &  
in posterum ea obseruent, constanter  
in ñs permaneāt, perseuerent, nec des-  
ciscāt, uel quicquam immutēt, quod

A 4

se fa-

se facturos esse constāter asseruerūt.  
Reliquos uero Status, qui innouatio-  
nem instituerunt, pari modo Maiest.  
sua clementer & seriò requirit, ut uel  
cōmunibus Statibus sese rursus con-  
iungant, & cū illis in obseruatione sta-  
tutorum ac cæremoniarū uniuersa-  
lis ecclesiæ Catholicæ consentiāt: uel  
saltem in doctrina sua & ecclesiasticis  
ordinationibus cum prædicto consi-  
lio sese omnino conforment, nec ul-  
tra illud quicquam instituant, uel at-  
tentēt. Et casu quo ulterius se intro-  
misissent, per omnia sese præfato con-  
silio & confessioni conforment, fir-  
miter que in eo permaneāt. Et ut o-  
mnes Status, ad promotionem publi-  
cæ pacis, quietis, & unionis, prædictū  
scriptum pro nunc tolerant, neque il-  
lud impugnent, aut contra illud doce-  
ant, scribant, aut concionentur: sed o-  
mnes Status uniuersalis Conciliij de-  
clara-

clarationem atque determinationem  
patienter & obedienter expectent.

Nihilominus Maiest. sua omnem  
diligentiam adhibebit, nihilq; inten-  
tatum relinquet, quo` Cōciliū uniuersale  
iuxta Statuū requisitionē quā  
primū celebretur, & Germanica Na-  
tio à præfenti Schismate penitus libe-  
retur.

Similiter & Maie. sua iā tota in eo  
est occupata, ut Catholica quædā Re-  
formatio concipiatur, in præfentibus  
quoq; Comitibus ipsis Statibus publi-  
canda: de qua sperandum sit, ipsam us-  
que ad determinationem sæpe dicti  
Concilij, ad tollendos abusus & scans-  
dala, atq; ad plantationem & conser-  
uationem Catholicæ disciplinæ, rati-  
onis uiuendi & uirtutum, nō parum  
frugiferam esse futuram.

Et quum in sæpe nominato consi-  
lio, sub rubrica de Cæremonijs, inter

A S      alia

alia contineatur, si quid in illis succres-  
uerit, ex quo superstitio oriri posset,  
ut illud tollatur, &cæt. Reseruat sua  
Maiest. sibi in eo & alijs articulis, ubi  
& in quantũ opus fuerit, nunc uel de-  
inceps om̃i tempore potestatem con-  
uenienter statuendi ac disponendi.  
Quicquid enim sua Maiest. ad promo-  
uendam Dei gloriam, ad componen-  
dã controuersam Religionem, con-  
seruandam firmam pacem, Iustitiã &  
trãquillitatem in sacro Imperio Ger-  
manicæ Nationis, denique ad utilitas  
tem & commodum communium sta-  
tuum suscipere, instituere, efficere &  
promouere poterit, in eo sese iuxta  
officium suum Imperiale cū omni cle-  
mentia exhibet promptissimam.

DE

# DE CONDITIONE

hominis ante lapsum.



**D**Eus creauit initio hoīem ad *Gene. v.*  
imaginē & similitudinē su-  
am, eumq; gratia ornauit,  
& fecit per originalem iusti-  
tiam, ut esset omnibus cum  
corporis, tū animi uiribus  
rectus, nec agitaretur ullis

turbidis & prauis motibus: sed in eo caro spi-  
ritui, atq; inferiores animi uires superioribus, q̄  
tantum ad bonum hortabantur, parērent.

Cum igitur animus hominis tam bene con-  
stitutus esset, reliquit eum Deus in manu consi-  
lij sui usq; eò, ut non minorem haberet uim ad *Eccles. i.*  
eligendum bonum, quàm malum

Quòd si hac libertate sua usus fuisset recte,  
& mandatis quæ ipsi Deus dederat, obedisset:  
bona quæ acceperat homo, atq; iustitiam sibi  
& omni posteritati suæ conseruasset, nihilq; ei  
ac posteritati ipsius defuisset ad bene beateq;  
uiuendum: non fames, nō sitis, non frigus, nō  
æstus, non dolor, non morbus, nō mors eum  
afflixisset: omne deniq; peccatum atq; uiciū ul-  
tasset: nec ab illis, tanq̄ peccatorū stipendijs, pe-  
riculū ei ullum posterisq; illius allatū fuisset.

De

## *De conditione hominis lapsi.*

Rom. 5.

Verum postquā primus parēs noster contrā, q̄ mandauerat Deus, fecit: incidit in p̄cēnā à Deo propositam, & iustitiæ originalis donū pulcherrimū amisit: hinc carentia iustitiæ hui-

Ephē. 2

us, unā cum uicioso concupiscētię habitu, quæ spiritui & superioribus animi uirib⁹ perpetuo repugnat. Quod peccatum ( hoc est, priuationem illius iustitiæ, qua parte rationē subditam reddebat Deo ) unā cum cōcupiscentia in

Iob 25.

omnem posteritatē suam propagauit, ut cum eo omnes, quotquot in hanc lucem eduntur, homines nascantur: nec eo uacuis sit ullus, nec unius quidem diei infans, secundū scripturas.

1. Cor. 5.

Hinc illud naturæ nostræ uulnus, ut aīalis homo non percipiat quæ sunt spiritus, nec eadem ante gratiam expetat atq; libere eligat: cū concupiscētiæ & affectus carnis, qui in eo dominatur, inimicitia sit aduersus Deum, & à lege Dei abhorreat: tātōq; magis impediat in bono, quanto magis ad malum impellit.

Rom. 5.

Et quanq̄ retinet homo talis libertatem arbitrii, licet infirmam & læsam, ex qua tanquā fonte profluūt & uirtutes morales ethnicorū, & harū actiones: tamen ante gratiam Dei & reparationem, ad iustitiā quæ coram Deo ualeat, aspirare haud potest: sed est potius seruus pecca-



peccati, satanæ mancipiū, inimicus Dei, & ma-  
lis huius mundi obnoxius. premitur enim fa-  
me, siti, frigore, æstu, dolore, morbo, & ad ex-  
tremum morte ipsa evertitur. per unum enim Rom. 5.  
hominem peccatū in hūc mundū introiuit, &  
per peccatū mors. Hæ autē istius primæ præ-  
uaricationis pœnæ, renatis cum peccatoribus  
cōmunes sunt. Illis tamē à Deo etiam ad exer-  
citium adhibētur; iniustis uero & impijs infli-  
guntur ad pœnam.

Adde huc quòd in homine tali, quem pec-  
catum originale deprauauit, quoad natura tan-  
tum constat, nec per gratiam instauratur, re-  
gnat unà cum concupiscentia praua etiam sa-  
tan, qui eū uinculis seruitutis suæ constrictum  
tenet, in eoq; operatur, ut cōuersetur in deside-  
rijs suis, faciens uoluntatē carnis & cogitatio-  
num, ac originale quod à parētibus traxit pec-  
catum actualibus cumulet, sitq; filius iræ, secun-  
dum Apostolum, ut si in hac miserrima con- Ephē. 2.  
ditione sua moriatur, iusto tandē Dei iudicio  
in gehennam coniectus, æternis ibi supplicijs  
plectatur, ut nec ignis eius (ut apud Esaiā scri-  
ptum est) extingatur, nec uermis moriatur. Esaiā 66.

*De redemptione per Christum  
dominum nostrum.*

Deus

**Deus igitur, qui diues est in misericordia,**  
**John. 3.** nolens perire quos cōdiderat, filium suum mi-  
sit in mundum, ut cum impossibile esset homi-  
**Rom. 3.** ni, seipsum liberare, in domino hoc nostro at-  
que saluatore haberet redemptionem per san-  
**1. pht. 1.** guinem eius, ut scriptum est apud Apostolū.  
**Isaia 53.** Posuit enim Deus super eum iniquitates no-  
stras, ut in corpore suo peccata ferret in cruce,  
**Pet. 2.** affigens ea in ligno. Hic cum innocens pro no-  
bis peccatoribus pateretur atq; satisfaceret, re-  
demt quidem nos, & Deum patrem ita placat-  
uit, ut idem pater miseros nos & peccatis inqui-  
natos, ob sanguinē ipsius absolueret, ac sibi re-  
conciliaret. Verè enim (inquit Paulus) erat **De-**  
**1. Cor. 5.** **us** in Christo, mundum reconcilians sibi, non  
reputans illis delicta ipsorum.

**Rom. 3.** Et quanquam Deus gratuito & propter no-  
mē suum propicius est nobis, & iniquitates no-  
stras delet propter se, tamen ne sine ullo satisfac-  
tionis precio peccata remitteret, ad ostensio-  
nem iustitiæ suæ pro incomprehensibili sapien-  
tia & immensa bonitate sua, Iustitiam cum mise-  
ricordia miscuit, & uoluit, ut premium pro redi-  
mendis nobis filij sui sanguine constitueretur,  
ut quas nos peccatores dare deberemus pœ-  
nas, easdem agnus ille innocentissimus perfer-  
ret in cruce, nosq; è uulneribus ipsius, quod no-  
bis

bis miseris deesset, redemptionis precium mutuari, & ad liberationem salutemq; nostram usurpare possemus, ut cum misereatur nostri benignissimus pater gratuito, non tamē misereatur nisi interueniente sanguine filij sui: ut quod nobis hic gratis contingit, id tamen merito ac iustitiæ Christi acceptū ferre debeamus, ut quicumq; gloriatur, in hoc domino redemptore & saluatore nostro glorietur. 1. Cor. 1.

### *De iustificatione.*

Iam qui precioso sanguine Christi redimitur, & cui meritum passionis Christi applicatur, is continuò iustificatur: hoc est, inuenit remissionem peccatorum suorum, à reatu eternę damnationis absoluitur, & releuatur per spiritum sanctum, atq; ita ex iniusto fit iustus. Nam Deus quando iustificat, non humano tantum more agit cum homine, ut ei ignoscat dūtaxat, peccatum donet, & reum absoluat, sed facit etiam meliorem: id quod homines attribuere nec solent, neq; possunt. Communicat nanq; cum illo de spiritu suo sancto, qui purificat cor eius, & per charitatem in eodem corde diffusam incitat, ut quod bonum ac iustum est, expetat: & expetitur, opere ipso persequatur.

Hæc est uera illa iustitiæ inhærentis ratio,  
quam

quam desiderabat Dauid, cum hanc emitteret  
uocem: Cor mundum crea in me Deus, & spi-  
ritum rectum innoua in uisceribus meis. de hac  
Apostolus scribit: Abluti estis, sanctificati  
estis, iustificati estis. & cum inquit: Deum secun-  
dum suam misericordiam nos saluos fecisse p[er]  
lauacrum regenerationis & renouationis spiri-  
tus sancti, quem effudit in nos abundanter per  
Iesum Christum saluatorem nostrum, ut iusti-  
ficati gratia ipsius, hæredes simus secundum  
spem uitæ æternæ.

Quamq[ue] autem iustitia hæc, quæ è fonte le-  
gis spiritus profluit, longe est abundantior, q[uam]  
fuit scribarum atq[ue] pharisæorum iustitia: tamē  
in ijs qui hac præditi sunt, nihilominus concu-  
piscencia repugnat spiritui quoad hîc uiuitur.  
Eo fit, ut ijsdem illi mente quidem seruiant le-  
gi Dei, carne autem lege peccati, & sine pecca-  
to non uiuant.

Cum igitur homo plenam iustitiæ inhæren-  
tis perfectionem, quoad in hac terra uiuit, non  
consequatur: certe Christus, qui factus est no-  
bis sapientia, iustitia, sanctificatio, & redēptio à  
Deo, nobis in hac etiā parte benignissime suc-  
currit, quatenus & per communicationem iu-  
stitiæ suæ, iustitiam hominis de illa participan-  
tis inhærentem ut efficit, ita auget, ut de die in  
diem

diem renouetur, donec in æterna patria plene perficiatur, & per meritū sanguinis sui preciosi atq; iustitiam, quā cōstituit perfectissimā, impetrat homini indulgentiam: ut quod homo per infirmitatem suam minus potest, id per ipsius Christi pfectionē recuperetur ac condonetur. Aug. contra Faust lib. 19, ca. Hinc illa Ioannis cōsolatio: Filioli, hæc scribo uobis, ut non peccetis. sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustū, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris.

Concurrunt quidem Christi meritum, & iustitia inhærens, ad quā renouamur per donum charitatis: inhærens, ut ex ea pie, iuste ac sobrie uiuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei & saluatoris nostri. Sed meritum Christi, ut sit iustitiæ nostræ inhæretis causa, & ut cū in multis labamur omnes, ac propter infirmitatē imperfectionemq; nostrā multa occurrant, quæ animos nostros turbare, & desperationem sollicitare possint, in eodē merito & p̄cioso Christi sanguine respiremus, ac inueniamus quo ad spem salutis firmissime niti ualeamus. Nam in Christo Iesu dño redemptore & saluatore nostro, quem induunt p̄ij, & cum quo donantur eis omnia secundum Apostolum, omnia

B no-

nobis sunt firmissima, solidissima, & perfectissima, ut eisdem ipsis ad spem uiuam recte fulciamur.

*De utilitate & fructibus iustificationis.*

*Roma. 5.* Habent quidem iustificati pacem ad Deum per dominum nostrum Iesum Christum: eis namq; Deus est placatus, misericors & propicius, ut sperare possint, si, cum inimici essent, Deus reconciliauerit sibi ipsos per mortem filij, multo magis futurum esse, ut reconciliati saluentur: ut uerbis Apostoli, quæ consolationis plenissima sunt, utamur.

*Roma. 8.* Item qui iustificantur, ijdem etiam adoptantur Deo filij, ut hæredes sint patris æterni in cœlis, cohæredes autem Christi, autore Paulo, & iam habeant ius adeundæ hæreditatis illius, quæ est uita æterna.

*De modo per quem homo iustificationem accipit.*

*Rom. 3.* *Cor. 2* Etsi Deus non ex operibus iustitiæ, quæ fecit homo, sed secundum suam misericordiam iustificat eum, idq; gratis, hoc est, sine merito eius, ut si gloriari uelit, in Christo tantum gloriatur, cuius solius merito redimitur à crimine, &

ne, & iustificatur: tamen Deus misericors nō  
agit hīc cum homine, ut cum trunco, sed tra-  
hit eum uolentem, si adultus sit. talis enim  
non accipit beneficia illa Christi, nisi præue-  
niente gratia Dei, mens eius atque uoluntas  
moueatur ad detestationem peccati. Nam cū  
peccatum separet inter Deum & nos, ut Esai- Esai. 59.  
as inquit, nemo ad thronum gratiæ & mise-  
ricordiæ accedere potest, nisi q̄ prius per pœ-  
nitentiam ab eodem peccato fuerit auersus.  
Itaque Ioannes cum præpararet uiam domi-  
no, dixit: Agite pœnitentiam, appropinquat Mar. 1.  
enim regnum cœlorum.

Mox eadem gratia diuina mouet men-  
tem in Deum per Christum, ut hic modus est  
fidei, per quam homo sine hēsitatione credēs,  
scripturis sanctis & promissionibus quas eæ-  
dem afferunt, assentitur. Christus enim ipse,  
cum primò exegisset pœnitentiam, mox fidē Mar. 1.  
talem requirit, inquiēs: Quoniam impletum  
est tempus, & appropinquat regnū Dei, agite  
pœnitentiam, & credite Euangelio.

Qui ita credit, & à diuinæ iustitiæ timore,  
q̄ utiliter concutitur ad considerandam mi-  
sericordiam Dei & redemptionem per san-  
guinem Christi, est conuersus: hic erigitur,

B 2 & mo-

om. 4.

& mouente gratia dei, concipit fiduciam atq;  
spem, ut credat præter spẽ meriti sui, in spe mi-  
sericordiæ promissæ, tribuens gloriam deo; at  
que ita perducitur ad charitatem.

Tali in Deum fide, quicumque misericor-  
diæ diuinæ ac Christi merito nititur, seq; eisdẽ  
committit, accipit promissionẽ spiritus, & sic  
iustificatur per fidem in Deũ, secundum scri-  
pturam, ut ei non solum remittatur peccatum,  
sed idem etiam sanctificetur & renouetur per  
spiritum sanctum: ea nanq; fides impetrat do-  
nũ spiritus sancti, quo diffunditur charitas in  
cordibus nostris. Quæ quatenus ad fidem &  
spem accedit, eatenus per iustitiam inhærentẽ  
uerè iustificamur. Hæc enim iustitia, fide, spe  
ac charitate ita constat, ut si aliquam harum iu-  
stitiæ huic subtraxeris, eandem ipsam mãcam  
planè reliqueris.

### *De charitate & bonis operibus.*

salm. 1.

Charitas autem, quæ est finis præcepti &  
plenitudo legis, simulac iustificationem ingre-  
ditur, foecunda est, iamq; omnium bonorum  
operum semina intra seipsam includit: quæ ut  
parata est ferre bonos iustitiæ fructus, ita fert  
eos in iustificatos quàm primũ, & quoties de-  
bet, eiq; operandi facultas impedimẽto aliquo  
non



non adimitur. Itaq; fides, quæ per dilectionem non operatur, non uidetur uiua, sed sterilis potius ac mortua, autore Iacobo. Quinimo homo quantalibet fide præditus, si ei desit charitas, manet in morte, ut Ioannes testatur, cum præsertim charitas iam esse debeat pars uitæ æternæ in nobis inchoatæ, & tandem per glorificationem perficiendæ. Quamquam enim fides & spes desinent, cum migrauerimus in illa æterna tabernacula, charitas tamen manebit, & in eadem ipsa introibit, ut secundum eam beatissimè uiuere, ac Deo, qui tū nobis erit omnia, sempiterno quo frui possimus. Est tamē fides nihilominus uera, qua Christiani ab infidelibus discernuntur, quatenus scripturis & reuelatis à Deo assentiuntur, etsi eadem à charitate disiuncta sit.

Ex hoc maximo Dei dono, quod quanto magis in nobis augetur, tanto magis uetustas carnis nostræ imminuitur, quæ manant tanquam è fonte bona opera, ad salutem cuiusq; iustificati tam necessaria sunt, ut qui ea non fecerit continuo, gratiam Dei amittat, & tanquam palmes inutilis excindatur à Christo, & in ignem proiciatur, ut Christus ipse in euangelio suo docet.

Et quamquam opera hæc talia sunt, ut Deus

B § iure

iure quodam suo ea à nobis exigere possit, & sancti, etiã si omnia quæ ex eis præcepta sunt, fecerint, & agnoscere & dicere debeant se esse inutiles seruos: tamen cum ex charitate Dei profluant, & gratiæ Dei effectus sint, ac quia Deus secundum suam uoluntatem operantibus mercedem liberalissimè promisit, eadem & temporalium bonorum, & æternæ uitæ remuneratione dignatur, secundum Apostoli testimonium, inquentis: Abundate in omni opere bono, scientes quòd labor uester nõ est inanis in domino. Non enim est iniustus Deus, ut obliuiscatur operis uestri & dilectionis, quam ostendistis in nomine eius.

Cor. 15.

lebr. 6.

Ac iustificati iam ut serui facti iustitiæ, mēbra sua exhibentes serua iustitiæ ad sanctificationem, cooperāte gratia, bonis operibus abundant: & quanto magis eisdem abundant, tanto maiora iustitiæ incrementa ipsis adiunguntur, ut qui iusti sunt, iustiores fiant. Ne uerearis, inquit scriptura, iustificari ad mortem. Item, qui iustus est, iustificetur adhuc. Et qui in C H R I S T O fructuosus est, repurgetur à patre cœlesti, ut fructum copiosorem ferat, ut Christus ipse docet. Et hæc est illa  
ex

Ioan. 15.

ex operibus iustificatio, de qua Iacobus fra- Iaco. 2.  
ter domini.

Quod reliquum est, etsi opera à Deo man-  
data, ut necessaria ad salutem, sunt præcipue  
urgenda, iuxta illud Christi: Si uis ad uitam in Mat. 19.  
gredi, serua mandata: quæ tamen præceptis  
superaddita aut piè aut honeste suscipiuntur,  
ipsa etiam commendanda sunt, ne à spiritu  
sancto multa horum in scripturis sanctis cõ-  
mendante, discrepemus: Aliàs relinquere aut  
uendere omnia, & sequi dominum. Item ser-  
uare uirginitatem aut continentiam, bonum  
& utile non esset. Quinimo Daud, cum sal-  
taret ante arcam, iure fuisset irrisus à Michol: 2. Reg. 6.  
item PAVLVS frustra remississet sa- 1. Cor. 9.  
larium ijs, quibus uerbum Dei prædicaue-  
rat.

Breuitè, discernenda sunt opera superero-  
gationis, quæ supra præceptũ (ut uerbo Chry-  
sostomi utamur) fiunt, ab ijs quæ contrà fiunt.  
Hæc enim Christus ipse damnat, ut fermentum  
pharisæorum: at illa spiritus sanctus, in  
scripturis loquens, commendat, inquit: VO Psal. 117.  
luntaria oris mei beneplacita fac domine.

### *De fiducia remissionis peccatorum.*

Hic cauendum est, ne aut hoies faciamus securos nimis, sibiq; fidentes, aut anxia dubitatione in desperationem impellamus. Itaq; cum Paulus dicat, se quidem nullius peccati conscium, sed in hoc tamen non iustificatum esse: homo non potest sine dubitatione propriae infirmitatis aut indispositionis, credere sibi peccata remissa esse. Sed tamen non debet se in seipso iactare, non ita tamen terredus est, ut de promissis Dei, deq; mortis & resurrectionis Christi efficacia dubitet, & desperet se remissionem peccatorum & salutem consequi posse: quin ei omnis spes & totius fidutiae certitudo esse debet in precioso sanguine Christi, qui effusus est propter nos, & propter nostram salutem, in quo ipso respirare nos atque confidere & possumus certo & debemus, confirmante nos spiritu sancto, qui dat testimonium spiritui nostro, quod simus filij Dei.

### *De Ecclesia.*

Nunc de Ecclesia, quae est uniuersitas Christi fidelium, agendum uidetur, in quam spiritus sanctus ita contrahit ac iungit renatos atq; Christianos, ut sint una domus, unum corpus

pus ab uno baptismo & una fide, quæ (autore Paulo) una est in oïbus Christianis. Itaq; necesse est, uitam Christianorum, ut ad perfectũ finẽ, quò tendit Ecclesia, perueniat, bonã esse ac piã: nemo tamen sibi ipsi persuadeat, ullã uitæ probitatem sibi profuturã esse, nisi se huic fidelium unitati & communioni iūxerit atq; accommodauerit. Sit igitur Ecclesia domus Dei uiuentis & corpus illud, cuius caput est Christus: multi enim unum corpus sumus in Christo, inquit Paulus. Pro hac Ecclesia idẽ dominus noster Iesus Christus se tradidit, ut eam sanctificaret, mundans ipsam lauacro aquæ in uerbo uitæ, ut exhiberet sibi gloriosam, non habentem maculam, aut rugam, aut Eph. 5. aliquid huiusmodi, sed ut sit sancta & immaculata. Ac cum Ecclesia unica sit illa columba & corpus unum, certe ut hanc solam spiritu suo sanctificat & fouet Christus, ita extra eã bona gratiæ suæ tribuit nemini. Qui igitur in communionem huius corporis non est, nihil magis spiritu sancto uiuificatur ad salutem æternam, quàm ullum membrum naturale à corpore suo abscissum atque auulsum ad uitam naturalem, eo quòd spiritu uitali ab uno suo capite defluente, non amplius uegetatur. Itaque credendum est, neminem extra

B S Eccle-



Ephe. 4.

1. Cor. 12.

Ecclesiam Christianam & communionem eius spiritualem, uitam æternā consequi posse. Communionis autem huius eam esse rationem, ut cum spiritus Christi ab eo ut capite delabatur in corpus suum, hoc est, Ecclesiam & omnia membra eius permeet, singula membra percipiant ex eo, quantum sibi satis sit ad salutem: & quod singulis bonū contingit, id omnibus commodare, atque ad eò uniuersitati ipsi consulere. Nam (ut ait Apostolus) crescunt mēbra in charitate per omnia in illo, qui est caput Christus, ex quo totum corpus compactum & connexum per omnē iuncturam subministrationis, secundum operationem uniuscuiusque membri, augmentum corporis facit in ædificationē sui in charitate. In tali coniunctione, atque societate hominum est summa coniunctio, dum membra pro se inuicem sollicita sunt. Et siue patitur membrū unum, cōpatiuntur omnia membra: siue gaudet unū membrum, congaudent omnia membra.

Et quanquam Ecclesia, quatenus constat membris talibus, quæ secundum charitatem uiuunt, sanctorum est tantū, & eatenus spiritualis & inuisibilis: eadē tamen etiā sensibilis est.

est, qualem Christus ipse monstrat, inquit: **Mat. 18.**  
Dic Ecclesiae. Ad hanc eandem pertinent  
Episcopi, qui regunt populum, quem Chri-  
stus sanguine suo acquisiuit. Pertinent alij item  
ministri. Dedit nanque Deus quosdam qui-  
dem Apostolos, quosdam autem Prophetas, **Eph. 4.**  
alios uero Euangelistas, alios pastores & do-  
ctores. Ad hanc eandem Ecclesiam perti-  
net uerbum Dei, quod in aures influit: perti-  
nent Sacramenta, pertinent clauēs ligandi at-  
que soluendi, pertinet potestas coërcendi per  
excommunicationem, pertinet ius ordinan-  
di ministros Ecclesiae, pertinent uocationes  
ad munera Ecclesiastica, pertinet deniq; ius  
faciendi Canones.

Debent autem quae ad sensibilem & ex-  
ternam Ecclesiae partem pertinent, seruire ad  
consummationem sanctorum, in opus mini-  
sterij, in aedificationem corporis Christi. Iam  
in Ecclesia non solum sancti, sed etiam mali,  
ut cuius membra, licet arida, uersantur: unde  
eā Christus modò reti in mare iactò, & tã bo-  
nos q̄ malos pisces cōpræhendēti, modò agro  
seminato, bonas fruges & zizania simul feren-  
ti, comparat: nã qui membra facti sunt Ecclesie  
per baptismum, recidūt sæpe in crimina, faciūtq;  
se seruos peccati atq; æternæ dānationis reos.  
**Et**

Et quanquam gratiam communionis sanctorum & spiritualis ecclesiae amittunt, hærent tamen nihilominus in externa Christianorum societate atque Ecclesia: audiunt uerbum Dei, & Sacramenta capiunt, & alia item sensibilia cum Ecclesia habent cõmunia, nisi uel per excõmunionem iustã, uel per Schisma, uel per Hæresim, uel per defectionem à fide Christiana, abscindantur. Misera est quidem conditio eorum, qui ex peccato mortali languent, & à spiritali cõmunionem remoti, in periculo æternæ dånationis uersantur. Sed quia tamen eis uerbum Dei audire, & Sacramentis item uti licet, utiliter hisce tanq̃ instrumentis diuinæ gratiæ in cõmunionem Sanctorũ restitui facilius possunt: præsertim cum in Ecclesia etiam externa spiritus sanctus salutem per uerbum Dei & Sacramenta operetur. Verum Scismatici, Hæretici, & à fide Christiana desciscentes, quia non solũ à spiritali, sed etiam externa Ecclesiae societate seiuncti sunt, q̃ diu in hoc calamitoso sunt statu, non habent quo possint iuuari ac recreari. Imò tanq̃ membra à toto Ecclesiae corpore abscissa, in suã ipsorũ perniciẽ putrescunt, non digni q̃ in ulla corporis Christi parte consistant, cuius unitatem tam turpiter scindunt atque lacerant. hinc illud Apostoli: Hominem hæreti-



hæreticum post unam & alteram admonitionem deuita, sciens quia subuersus est qui huiusmodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus.

### *De notis & signis Ecclesiæ ueræ.*

Ac quoniam uarij sunt cœtus humanæ con-  
sociationis, opræpreciū est notas & signa, qui-  
bus Ecclesia ab alijs societatibus humanis dis-  
cernatur, nosse: cum præsertim, qui ab Ecclesia  
uera deficiunt, Schismatici atq; hæretici consti-  
tuant suos cœtus, eisq; autoritatem & nomen  
ecclesiæ adiūgere non dubitent, & alij eorum  
alio in loco Christum esse dicant: à quibus ut Mar. 24.  
caueamus nobis, Christus ipse monet. Sunt igi-  
tur signa Ecclesiæ ueræ, hoc est, magnæ illius 2. Tim. 2.  
domus, in qua non solum sunt uasa aurea & ar-  
gentea, sed & lignea & fictilia, & quædam in  
honorem, quædam in contumeliam: doctrina  
sana, & rectus Sacramentorum usus, quibus ab  
Ethnicorum & Iudæorū cœtibus Ecclesia dis-  
iungitur: quorum utriq; & sana doctrina, & Sa-  
cramentis Noui testamenti carent. Tertium si-  
gnum est unitas, quæ uinculo charitatis & pa-  
cis continetur, ac membra Ecclesiæ ita conglu-  
tinat, ut non solum quod perpetuus Sanctorū  
consensus ab Apostolis usque ad nos recepit  
& ap-

1. Cor. 1.

& approbavit, idem sentiant, sed etiam idem loquantur, monēte Apostolo: Obsecro autem uos per nomen Domini nostri Iesu Christi, ut idipsum dicatis omnes, & non sint in uobis schismata, sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. Quartum signum Ecclesie ueræ est, quòd sit Catholica et uniuersalis, hoc est, per omnia loca & tempora diffusa, & per Apostolos eorumq; successores continua- ta usq; ad nos, successione propagata usq; ad fines terræ iuxta promissiones Dei: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Item: Multi uenient ab Occidente & Oriente, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob, in regno cœlorum. Item: Et eritis mihi testes in Hierosolyma, & in omni Iudæa & Samaria, & usque ad ultimū terræ. Item: Et ego rogabo patrem, & alium paraclētum dabit uobis, ut maneat uobiscum in æternum, spiritū ueritatis, quē mundus non potest accipere.

Psal. 2.

Mat. 8.

Acto. 1.

Ioan. 14.

Hæc duo signa distinguunt Ecclesiam Christianam à Schismaticorū atq; hæreticorū gregibus, qui uinculum pacis rumpunt, & à Catholica unione seipsum in suam ipsorum perniciem diuellunt, dum partem suam toti atq; uniuersæ Ecclesie anteferunt.

De

## De autoritate & potestate Ecclesie.

Et si scriptura, ut Christus inquit, solui non Ioā. 10.  
potest, & idcirco immobilis & omni humana  
autoritate maior est, tamen fuit penes Ecclesiam  
autoritas discernendi scripturas ueras ab adul-  
terinis. Hinc est ille Canon scripturarum, qui  
germanas à falsis, quæ sub noīe Apostolorum  
atq; discipulorū dñi obtrudebantur, discreuit.

Et ut Ecclesia huius rei autoritatem potesta-  
temq; habuit semper, sic etiā interpretādi atque  
adeò ex eisdē scripturis eliciendi & exploran-  
di dogmata: quippe cum huic spiritus sanctus  
non desit, qui ipsam in oēm ducat ueritatem,  
quemadmodum Christus ipse promisit. Hinc  
illud Petri: Omnis prophetia scripturæ, ppria 2. Pet. 1.  
interpretatione non fit, sed spiritu sancto inspi-  
rati locuti sunt sancti Dei homines. atq; hæc in-  
terpretādi potestas cum primis necessaria est,  
in ijs præsertim quæ difficilia sunt intellectu: id  
quod res ipsa docet.

Habet præterea Ecclesia traditiones, à Chri-  
sto & Apostolis per manus Episcoporum ad  
hæc usq; tempora delatas: quas qui conuellit, is  
negat eandem columnam esse & firmamētum  
ueritatis. Huius generis sunt Baptismus paruu-  
lorum et alia.

Constat

Mat. 16.  
2. Cor. 5.

Constat item, potestatem coercendi atque excommunicandi esse penes ecclesiam, idque ex instituto Christi de potestate ligandi. huic consentaneum est illud Apostoli: Tollite malum ex uobis.

Habet item potestatem Iurisdicendi. Nam cui competit ius coercendi, & potestas iurisdicendi deesse non potest.

Acto. 15.

Ac si quaestiones dubiae oriantur in Ecclesia, habet quidem haec potestatem iudicandi de eisdem atque decernendi, idque per Synodum: & quod haec, in spiritu sancto legitime congregata, decernit, spiritus ipse sanctus decernere uidetur, iuxta illud Concilij Hierosolymitani: Visum est spiritui sancto & nobis. Itaque saluberrimam esse Conciliorum auctoritatem, dubitare debet nemo.

Et quod ex eodem Concilio Hierosolymitano intelligitur, est etiam penes ecclesiam potestas constituendi Canones: idque ad utilitatem ecclesiae, cuius potestas omnis est ad aedificationem, & non ad destructionem.

### *De ministris ecclesiae.*

Habet Ecclesia doctrinam diuinitus traditam, quae populo explicanda est. Habet sacra & externa, quae pie & salubriter ad utilitatem  
Christia-

Christianorum tractanda sunt atq; explicanda, quo minus ministri, qui muneribus ad has res necessarijs funguntur, eidem Ecclesiæ deesse uel possunt uel debent. Ac munera quidē hæc, omnibus Christianis cōmunia non sunt: uerum deus ipse initio dedit quosdā quidem Apostolos, quosdā prophetas, alios uero euangelistas, alios autem pastores & doctores, ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationē corporis Christi. Itaq; tempore Apostolorum nō oībus data fuit potestas ad functionem munerum Ecclesiæ, sed certis tantum, ijs' que ad eadem ipsa segregatis. Nam cum Antiochiæ esset Barnabas, Lucius, Manahen & Saulus, ministrantibus illis domino (ut Lucas in Actibus Apostolorum Acto. 13. scripsit) & ieiunantibus, dixit illis spiritus sanctus: Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. Cauēdum est igitur nobis, ne spirituale sacerdotium, quod omnibus Christianis, quos spiritus sanctus unxit, commune est, cum hoc externo atque ministeriali, quod non omnium est, sed eorum tantum, qui ad hoc uocati atque ritè ordinati sunt, confundamus: quod sine graui ac pernicioſa ecclesiarum perturbatione atque calamitate accidere non potest.

C De

## De Pontifice summo & Episcopis.

Atq; ut Ecclesia, quæ est unius capitis, hoc est, Christi unum corpus, eo facilius in unitate contineri posset, etsi multos habet Episcopos, qui populū eius, quem Christus precioso sanguine suo acquisiuit, regant, idq; iure diuino: unum tamen in remedium schismatis, qui cæteris omnibus præsit cum plenitudine potestatis, summum Pontificē habet, idq; pro prærogatiua Petro concessa: quod ipsum quàm utile sit ad auertēda ab Ecclesia schismata, satis constat ijs qui non ignorant, à contemptu huius summi sacerdotis plerūq; schismata orta esse, ut Cyprianus scribit, & res ipsa testatur. Qui igitur Cathedram Petri tenet summus Pontifex, eo iure quod Petrus accepit à Christo, dicēte, Pasce oues meas: uniuersam ecclesiam & gubernat, & gubernare debet. Qua tamen potestate sua uti debet nō ad destructionem, sed ad ædificationem. Hanc autem plenitudinem potestatis sic uidet Christus Petro, eiusq; successoribus dedisse, ut reliquis Episcopis partē sollicitudinis eius commissæ nō abstulerit, sed suarum Ecclesiarum & Dicecesium ueros iure diuino Episcopos esse uoluerit. Debent autem Christiani homines & Pōtifici summo, & singulis

Ioan. 21

gulis suis etiam Episcopis parere, iuxta illud  
Apostoli: Obedite præpositis uestris, qui uigi- Hebr. 13  
lant pro animabus uestris.

### *De Sacramentis in genere.*

Sacramenta duabus potissimum de causis  
diuina autoritate instituta sunt. Altera, ut sint si-  
gna & notæ quædam magnæ illius congrega-  
tionis, quæ est Ecclesia: in nullum enim nomē  
coagulari homines possunt, nisi aliquo signa-  
culorum uel sacramentorum uisibilium cōsor-  
tio colligantur. Quamobrem dñs noster Iesus  
Christus societate noui populi, sacramētis nu-  
mero paucissimis, obseruatione facilimis, signifi-  
catione præstātissimis, colligauit, Baptismo ui-  
delicet, Confirmatione, Eucharistia, Pœniten-  
tia, Extrema unctione, Ordine, & Matrimo-  
nio. Altera uero est, ut non solum significant,  
sed etiā sanctificēt & conferant inuisibile Dei  
gratiam, non propria rerum externarum uir-  
tute aut merito ministri, sed domini instituen-  
tis ac secretius operātis. Itaq; etsi decet bonum  
esse sacramentorum ministrum, tamen malus  
etiam potest ea utiliter dispensare.

### *De Baptismo.*

Ac primo quidem, quia hominibus ad salutē  
necessarium est, ut regeneretur in nouam crea-

C a tu-

Tit. 3.

Ioan. 3.

Gal. 3.

Mat. 28.

turam, cum aliàs natura sit filius iræ, instituit Christus ipse sacramentum Baptismi, ut sit lauacrum illius regenerationis, quod sane homini non minus est necessarium ad uitã nouam atq; spiritualem, quàm natiuitas carnalis ad uitam naturalem. Nec salutem quisquam consequi potest, nisi aqua & spũ sit renatus, ut Christus ipse testatur. Hoc igitur Sacramētum abluit nos, sanctificat, iustificat: hoc Sacramētum facit, ut cõsequamur remissionem peccatorum nostrorum originalium atq; actualiũ. Hoc denique Sacramentum tale est omnino, tamq; salutare, ut qui eo initiatur, induat Christum, ut Paulus scribit.

Constat aut Sacramentum hoc, uerbo Dei & aqua. Nam simulac uerbũ ad elemētum accedit, fit Sacramentum, cuius lauacro regeneramur & mundamur ab omni peccato. Itaque quoties aquam corpus abluẽtem cernimus foris, toties spiritum, quem non cernimus, intus plus operari cogitemus.

Iam formam uerborum, sine quibus mysterium hoc confici nõ potest, Christus Apostolis tradidit, cũ præceperit ut in nomine patris, & filij, & spiritus sancti baptizarent. Huic præcepto domini, quoties Baptismus confertur, & fides accipientis, si adultus sit, pro infantibus





uerò, cum suscipientium eos & pro ipsis confidentium, tum totius Ecclesiæ fides & fungentis ministri uerbū innititur, quatenus hic ait: Ego te baptizo in nomine patris, & filij, & spiritus sancti.

Ac nobis quidem uidetur, ad excitandam fidem consolationemq; adulatorum uehementer pertinere, ut intelligant, qui in nomine patris, & filij, & spiritus sancti baptizantur, se iam potestate, uirtute & potentia patris, & filij, & spiritus sancti, consecrari ac sanctificari, seq; totos reconciliari Deo, & iam peculium Dei fieri, qui est pater, & filius, & spiritus sanctus, in cuius tutelam iam transeunt, seq; fœdere sempiterno cum Deo iungunt, quatenus diabolo eiusq; operibus abrenunciant, promittuntq; se Deo militaturos.

Quod autem ad munus baptizandi attinet, etsi hoc ad sacerdotes maximè pertinet, tamen laicus etiam rectè & utiliter in casu necessitatis baptizare potest: nec si hæreticus baptizaret, dummodo debita materia, forma ac intèntione utatur, Sacramentum hoc iterandum est, cum hoc idem non dignitate ministri, sed ueritate uerbi diuini & spiritus sancti uirtute constat.

Quanq̄ autem Baptismus aufert omnia inquinamenta nostra secundum scripturas, hic ta

C 3 men

Gala. 5.

men non omnem uiciatæ naturæ languorem aufert, ut supra etiam monuimus. relinquit enim concupiscentiam ad malum inclinantem, reatu ipso sublato. Concupiscentia autem illa contra bonum in homine spiritum pugnare non desinit, quoad in hac terra uiuimus.

Gala. 5.

In quo tamen ipsa Baptismi uirtus nobis non deest, ut quæ non solum peccati omnis reatum semel ademit, sed contra concupiscentiam adhuc hærentem in nobis et desideriorum bella cientem, firmat uires nostras per spiritum sanctum, quo ipso ita munimur contra omnem concupiscentiæ uim, ut resistere ei ac præualere possimus, monente Apostolo: Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Hactenus de Baptismo.

### *De Confirmatione.*

Atq; ut homini ad uitam corporis non solum necesse est ut nascatur ac sit, sed etiam ut crescat atq; nutriatur, ita eidem ad salutem non solum necesse est regenerari, uerum etiam in bono confirmari, & per uirtutem spiritus sancti augeri: in quam rem institutum est Sacramentum cum primis utile, ipsa nimirum Confirmatio, quam celebrârunt Apostoli, cum Samaritanis imponerent manus, cum uti-

li.

li huius efficacia, ut in Actibus Apostolorum **Acto. 8.**  
scriptum est. & quod hinc egerunt Apostoli,  
Christi nomine fecerunt: & in mysterio hoc  
inducendo, non aliter quam in alijs partibus  
muneris sui, uicem Christi gessisse uidentur.  
Innititur autem mysterium hoc promissionibus  
Christi de gratia spiritus sancti, huiusque missio-  
ne: Ego mittam promissionem patris mei in **Luc. 24.**  
uos. Item: Paracletus autem spiritus quem **Ioan. 14.**  
mitter pater in nomine meo, ille docebit uos  
omnia. Et quanquam Sacramentum Confr-  
mationis initio impositione manuum tantum  
celebratum fuit, tamen Ecclesia sub ipsis sta-  
tim Apostolorum temporibus ex eorundem tra-  
ditione, ut externo signo internam spiritus san-  
cti unctionem designaret, ritui eius adhibuit  
chrisma, cum impressione signi sanctae crucis:  
quem morem, eumque per uetustum Ecclesia Ca-  
tholica approbare non desinit. Et credit, quos  
famulos suos **D E V S** regenerauit ex aqua  
& spiritu, eosdem hoc mysterio ita consigna-  
ri, ut septiformem spiritum sanctum paracle-  
tum de caelis, spiritum sapientiae & intelle-  
ctus, spiritum consilij & fortitudinis, spiritum  
scientiae & pietatis ac timoris, capiatur. Haec cum  
credat, & in huius Sacramenti administratione  
testificetur Ecclesia Catholica, quae est optima

myfteriorum Dei interpres : qui aliter sentit,  
eandem negat ueritatis columnam esse atq; fir-  
mamentum.

Vis igitur Sacramenti huius est, ut qui eo  
confirmantur, accipiāt spiritum sanctū, quo in  
uia salutis progredi, perseuerare, & tentationi-  
bus atq; insidijs carnis, mundi, diaboli, feliciter  
resistere possint.

At quia pleriq; eorum qui baptizantur, in-  
fantes sunt, nec fidei professionem per se edūt:  
conueniet ut pueri, cū iam adulti, de religione  
Christi iam satis instructi, ad percipiendū con-  
firmationis Sacramentū accedunt, fidem Chri-  
sti & obedientiam Ecclesiæ suo etiā ore profi-  
teantur: & ieiuni atq; confessi hoc sacro myste-  
rio initientur, quemadmodum per Concilium  
Aurelianense constitutum est. Non tamen cen-  
semus, propterea paruulos ab hoc Sacramēto  
repellendos esse, cum Christus ipse non dubi-  
tarit eis manus imponere, nō enim legem hic  
damus Ecclesijs.

Mat. 19.

Minister autem huius Sacramenti sit Epi-  
scopus: id quod cōsensu totius Ecclesiæ Catho-  
licæ, & Apostolorum praxi comprobatur.

*De Sacramento poenitentiae.*

Ac quoniam homines renati sæpe in gra-  
uia

uia crimina incidunt, instituit Christus Sacramentum pœnitentiæ, quod post baptisma sit nobis tanquam secunda tabula in naufragio. in hunc enim usum tradidit clauē soluendi, in- IOH. 20.  
quiens: Accipite spiritum sanctum: quorū remiseritis peccata, remittuntur eis. Simulac eñ peccatorem peccati sui pœnitet uerè, idemq; cum fiducia accedit ad thronum misericordię, & credit hoc Sacramento accipi, quod Christus promisit, fit ei sicuti credit: nec deest Sacramento huic, quod promissum est. Vt enim Sacramenta alia, sic & hoc uim habet sanctificandi. Consistit autem Sacramentum hoc in absolutione sacerdotis, quę instituto & uerbo Christi nititur, qui in hanc rem potestatem suam delegat sacerdotibus, inquit: Sicut me misit pater, & ego mitto uos: accipite spiritū sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Ibidem.  
Sed quia tamen sacerdos non solum habet potestatem remittendi, uerum etiam ligandi, cum utraq; simul diuinitus tradatur: uidetur eatenus potestatem iudicandi accipere, quatenus hanc utriusq; clauis potestatem accipit: nec eā exercere posse, nisi intelligat utrum remittere an retinere debeat. Tale autem iudicium non potest aliunde, quàm ex confessione oris & peccatorum enumeratione, hauriri. Nam cum

C S      pleraq;

pleraque hominum delicta sine teste committantur, occulta autem crimina animam etiam faucient atq; obsideant, ac manifestis interdum grauiora & periculosiora sint: sacerdos de his non sanè iudicare potest, nisi qui commisit, ea recenseat & confiteatur, & hæc sua quasi uulnera ipse aperiat.

Itaq; quatenus ad sananda hominum delicta pœnitentiæ remedium monstratum est, eatenus etiam confessio pœnitentis, cum enumeratione peccatorum, nobis commendata uideatur: quare ut Sacramentū pœnitentię tanquam salutare & necessarium probandum est populo Christiano, ita ipsa etiam confessio & peccatorum enumeratio, quæ ut non nimis laxanda est, ita uicissim non nimis astringenda. Delicta enim quis intelligit? Itaque enumeranda sunt peccata, quæ non quidem anxie nimis, sed tamen diligenter cogitanti & sese excutienti in mentem ueniunt. Quæ autem in mentem non ueniunt, generali confessioni rectè includuntur, & nihilo ea minus remittuntur, quàm si ea confitendo enumerasset. Et quoniam hic ex absolutione quæritur uenia, non tantum oneris imponit confessio, quantum consolationis absolutio credenti affert.

Iam

Iam etsi illa satisfactio, quæ culpam & æternam poenā expiat, soli Christo tribuenda est, Satisfactio tamen quæ in poenitentiae fructibus consistit, maxime autem ieiunio, eleemosyna & oratione, siue à nobis ipsis suscepta, siue à parochis & dispensatoribus Sacramentorum iniuncta: si ex fide & charitate peragitur, peccatorum causas excindit, & peccati reliquijs medetur, ac temporalem poenam uel tollit, uel mitigat, & in exemplum denique adhibetur.

Sed ut ad absolutionem sacerdotis, in qua consistit uis Sacramenti poenitentiae, redeamus: forma eius & uerbum tale esse debet, ut qui confitetur, audire atque intelligere possit, sibi uirtute, merito ac beneficio Christi, peccata remitti, iuxta huius institutum & uerbum: *Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Nā hoc munus est Dei, cum ministerium sit sacerdotis, ut uerbis Ambrosij utamur. Ioan. 80.

### *De Sacramento Eucharistiae.*

Qui iam per Sacramentum poenitentiae reuixit in domino, ei itē necesse est ali, & in bono spiritali crescere. Instituit igitur Christus Sacramentum Eucharistiae sub uisibili specie panis & uini, quod uerum Christi corpus & sanguinem  
no

nobis præbet, & hoc spiritali cibo unit nos si  
bi ut capiti & membris corporis sui, ut in ipso  
ad omne bonum enutriamur, & cum sanctis in  
eorumq; communionem augescamus per chari-  
tatem. Vnus enim panis, unum corpus multi-  
sumus, omnes qui ex uno pane participamus,  
inquit Paulus. Forma autem huius Sacramen-  
ti, sunt uerba illa solēnia, quæ Christus ipse de-  
dit: Hoc est corpus meū. & iterum; Hic est em̄  
calix sanguinis mei, &c. Quod si igitur Chri-  
sto & uerbo eius tantum tribuimus, quantum  
debemus: dubium non est, quin simulac uerba  
eadem accedūt ad panem & uinum, ex his fiat  
uerum corpus & uerus sanguis Christi, quate-  
nus panis ac uini substantia in ueram Christi  
corpus & sanguinem transmutatur: quod qui  
negat, idem Christi omnipotentiam in dubiū  
uocat, & eundē ipsum uanitatis insimulat: quo  
magis cauendum est, ne indigne hoc Sacra-  
mentum sumatur, scriptum est enim: Nam qui  
edit aut bibit indignè, iudicium sibi edit ac bi-  
bit, non dijudicans corpus dñi. Propter hoc  
multi inter uos infirmi sunt ac imbecilles, &  
dormiunt multi. Indigne aut sumit Sacramen-  
tum illud, quicūq; aut aliter de eo sentit quàm  
oporteat, aut nō uerè resipiscit. Nam ut Augu-  
stinus inquit, mutet uitā, qui uult accipere uitā.  
nam

Cor. 10.

at. 26

Cor. 11



nam si non mutet uitam, ad iudicium accipiet uitam: & magis ex ipsa corrumpitur, quàm sanetur: magis occiditur, quàm uiuificetur. Itaq; probanda est consuetudo Ecclesiæ, quæ hominem non antè ad Sacramentum eucharistiæ ducit, quàm pœnitentiæ Sacramentum eum repurgarit. Habet eucharistia uim roborandi in bono spirituali: cui rei nō sanè ullus est locus, nisi repurgatio peccatorū antecesserit: in quo ipso imitari debemus bonos medicos, qui nō antè præbent quæ roborare ac cōfirmare possunt, quàm malos humores è corporibus eiecerint: quod nisi fecerint, nō profunt ægroto, sed magis obsunt. Iam quanto maior hic adhibenda est cautio, ne indignè sumas: tanto plus consolationis capiunt, qui eucharistiam dignè ac piè sumunt, & cogitant se pane è cœlo descendente, qui uitam dat mundo, uesci: & ex hoc uerum atque spirituale robur contra omnia mala percipere.

### *De sacra unctione.*

Sacramenta, quæ paulo superius posuimus, magnam sanè & multiplicem utilitatem generi humano afferunt: tum aut ex uetustate carnis languentes regenerant, aut regeneratos, in gratia quā acceperunt, confirmāt: aut relapsos,  
in gra

in gratiam unde deciderunt, restituunt: aut resti-  
tutos, Christo firmiter uniunt: in quem usum,  
eumque salutarem, non deest Sacramentis gra-  
tia Christi: sed hæc potius per eadem ueluti in-  
strumenta hominibus tribuitur. Quanquam igitur  
horum Sacramentorum utilitas latissime per  
oem uitam patet, tamen ne homo, cum ægro-  
tat, desideret subsidiū peculiare, quod hoc eius  
periculosissimo tempore, uel corpori ipsius sub-  
uenire, uel animam contra ignita satanæ tela  
munire possit, instituta est unctio sacra, ad quā  
oratio Ecclesiæ accedat. hanc unctionem pri-  
mi exercuerunt Apostoli, qui mandato dñi ad  
prædicandum Euangeliū missi, dæmonia eij-  
ciebant, & oleo ungebant multos infirmos, & sa-  
nabant. Quæ utique sacramentalis & mystica, non  
medicinalis aut corporalis, unctio fuit: ad quā  
inter initia fidei, externa etiā corporis sanitas,  
quasi quoddam internæ sanationis signum, conse-  
quebatur, quemadmodum in alijs sacramentis,  
ad commendationem & confirmationem rudis ad-  
huc fidei, interna uirtus externis & sensibilibus  
signis & miraculis demonstrabat. Nunc uero  
adulta & corroborata fides, signa quæ infirmis  
dant, non requirit. Huius mysticæ & salutaris  
unctionis à dño fundatæ ritum, quod administrari eam  
conueniat, Apostolus Iacobus promulgauit: Infirmus  
matur

Mar. 6

Iaco. 5.

matur q̄s in uobis? inducat presbyteros Eccle-  
siæ, ut orent sup eū, ungentes eū oleo in noīe  
dñi: & oratio fidei saluabit infirmū, & alleuia-  
bit eū dñs &c. Quāti aut̄ in Ecclesia esse debe-  
at testimoniū fratris illius dñi, testimoniū dici-  
mus: imò uero promulgatio, quā cū fecit lega-  
tus atq; apostolus Christi, Christus ut à se fa-  
ctā proculdubio ratā habuit. Qui igiē contēnit  
hoc Sacramentū, Christum ipsum contēnere,  
& gratiā quā hic per unctiōē sacrā nobis quo-  
dāmodo porrigit, aspernari uideēt: atq; hoc fu-  
erit tanto periculosius, quāto grauius est discri-  
men, in q̄ ægrotus uersat̄, non solū corporis,  
sed etiā aīæ, in quod potestates tenebrarū eum  
adducunt, quatenus in extremo uitæ tēpore,  
oēs quasi machinas ad extinguendā salutē ho-  
minis admouēt, eiusq; animū terroribus incre-  
dibilibus frangere, & in desperationem impel-  
lere conantur.

Vnctiōnem quidem hanc sacrā, solis infir-  
mis adhibendam Iacobus apostolus insinuat,  
q̄d reliqui etiam apostoli seruauerunt: non ta-  
men in om̄ibus, sed periculosis modò infirmi-  
tatibus, & ubi uitæ huius interitus timetur, ex-  
ercenda est mystica illa unctiō.

*De Sacramento ordinis.*

Quod

Quod autem ad ministeria ecclesie attinet, quanto hæc maiora sunt, tanto magis dono Dei ac gratia egēt. Quanquam enim Christiani omnes sunt sacerdotes, quatenus spirituales hostias Deo offerre, & nomē item eius in omni loco utiliter inuocare possunt: non oēs tamē sunt ecclesie ministri, sed iam inde ab ortu ecclesie segregati sunt quidam in ministerium ecclesie, qui huius muneribus fungerentur: & eosdem ita distinxit Deus, ne iidem oīa possent, ne'ue ex promiscua illa ratione perturbatio nasceretur. Neq; enim Deus est confusionis autor. Institutum est igitur sacramentum ordinis, cum signo impositionis manū, & alijs huic sacramento cōgruentibus ritibus, quo qui consecraretur, ad munera ecclesie acciperent gratiam, qua ad eadem ipsa munera administranda apti, habiles atq; idonei efficerentur. Hinc illud Apostoli ad Timotheum: **Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam, cū impositione manuum presbyterij.** Hoc autem ordinis sacramentum, uerbis Christi nititur: Sicut me misit pater, & ego mitto uos: Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Item: Euntes in mundum uniuersum, predicare euangelium omni creaturæ. Item: Euntes

1. Cor. 14.

1. Tim. 4.

Ioan. 20.

Mar. 16.

Mar. ult.

res, docete omnes gentes, baptizantes eas. Itē,  
Hoc facite in meam cōmemorationem. Qui-  
bus igitur in perpetua Ecclesię successionē ma-  
nus imponunt Episcopi, ut ordinibus initiē-  
tur, potestātē muneris sui exequendi dant: quę  
sanē duplex est, ordinis uidelicet & iurisdictio-  
nis. Sub alteram cadit ministerium uerbi diuī  
ni, administratio sacramentorum, & ecclesia-  
rum ordinatio ad ædificationem: Sub alteram  
uero, potestas excommunicandi, pœnitentes  
absoluēdi. Ordines autem quos Catholica ec-  
clesia agnoscit, sicut hi septem: Presbyterorū,  
Diaconorum, Subdiaconorum, Acolytorū,  
Lectorum, Exorcistarum, Ostiariorum, qui-  
bus distincta munera, eaq; aut necessaria eccle-  
siis aut utilia, assignari debent: ut facile appare-  
at, eum de ecclesia Christiana malē mereri, qui  
cunq; ordines hos uel spernit, uel tollit.

Luc. 22.

### *De sacramento matrimonij.*

Instituerat Deus in paradiso matrimoniū,  
quo mas & fœmina ad perpetuam & indiui-  
duam uitæ societatem coniungerentur, iuxta  
uerbum domini: Quamobrem homo relin-  
quet patrē & matrem, & adhærebit uxori suę,  
& erunt duo in carne una. Quanquam autem  
matrimonium ad tam arctam hominum so-  
D cieta-

Matth. 19

cietatem institutum erat, tamen sub lege patrū  
matrimonia à prima institutione duobus mo-  
dis degenerauerunt: uidelicet ut & unus plu-  
res uxores duceret, & ductam, aliquando da-  
to libello repudiij, à se dimitteret: quorum pri-  
us ex dispensatione Dei permissum, futuri tem-  
poris mysterio seruebat, ut p̄ plures unius ui-  
ri uxores insinuaret, Christum tam ex synago-  
ga quàm ex multitudine gentium, ecclesiam si-  
bi collecturum, & sponsam sibi adiuncturum:  
& ut foecunditate plurium uxorum, Christo  
saluatori ex eodem semine nascituro seruiret.  
Repudium uero Moises populo ob duritiam  
cordis permisit, leuius ducens, uxorem à ui-  
ro odio habitam dimitti, quàm occidi, ut cæde  
eius nouis nuptijs locum aperiret. Verū postq̄  
plenitudo gratiæ Dei uenit, ut alia, quæ uel in  
cælo uel in terra essent, restaurauit Christus,  
sic etiam matrimonium restituit. Hinc illud  
Christi: Qui fecit hominem ab initio, masculū  
& foeminam fecit eos Deus, & dixit: Propter  
hoc dimittet homo patrem & matrem, & ad-  
hærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una.  
Itaq; iam non sunt duo, sed una caro. Quos igi-  
tur Deus coniunxit, homo nō separet. Et pau-  
lo post: Moises ob duritiam cordis uestri per-  
misit uobis dimittere uxores uestras, ab initio  
autem

Mat. 19.  
Mar. 10.

autem non fuit sic. Quamobrem quicumque di-  
mittit uxorem suam, nisi ob fornicationem, &  
aliã duxerit, mœchatur. Quod Apostolus in-  
terpretatur, cum ait: *lis qui matrimonio iuncti* 1. Cor. 7.  
*sunt, præcipio non ego, sed dominus, uxorem*  
*à viro non discedere: quod si discesserit, mane-*  
*re innuptam, aut viro suo recõciliari.* Hæ itaq;  
Christiani matrimonij singulares conditio-  
nes, manifestis scripturæ sanctæ testimonijs  
comprobantur. Vna, ut sit matrimonium duo-  
rum tantum, hoc est, viri unius cum una muli-  
ere coniunctio. Duo, inquit, erunt in carne una.  
Nec sic iunctis liceat, defraudato coniuge suo,  
alicui tertio corporis sui potestatem permitte-  
re, prohibente Apostolo & dicente: *Mulier po-* 1. Cor. 7.  
*testatem corporis sui non habet, sed uir: simi-*  
*liter & uir non habet potestatem sui corporis,*  
*sed mulier.* Altera conditio est, ut uinculũ con-  
iugij inter duos semel colligatum, nullo ampli-  
us diuortio, sed sola alterutrius morte, dissol-  
uatur. Nam quod Christus ob fornicationem  
dimitti posse uxore insinuat, hæc separatio to-  
ri & mensæ consuetudinem inter cõiuges scin-  
dit, uinculum coniugij non soluit, ita ut adulte-  
rium committat, ut alienam contrectans uxo-  
rem, quisquis sic dimissam duxerit.

Quoniam igitur Christus matrimoniũ gra-

D 2 tia

etiam suum melius fecit & arctiori quasi uinculo cō-  
strinxit, ut quemadmodū Christus unius Ec-  
clesiæ unus est spōsus, idēq; indissolubili nexu,  
sic unius uxoris unus sit maritus, idēq; perpe-  
tua coniunctione, & similiter atque Christus  
cum Ecclesia sponsa sua perpetuò iungit: qua-  
re matrimonium non solū coniunctio est ma-  
ris atq; fœminæ, sed etiam Sacramentum, ob  
gratiam Christi, quæ ei nunquam deest: ut cū  
uir uxorem suam diligere possit, perinde quasi  
Christus Ecclesiam, sic ille cum hac colat so-  
cietatem indiuiduam, ut unā sit in perpetuum  
consensus. Nec cum hac inuita diuortium fa-  
ciat, exceptis causis quæ iure diuino explicantur.

Ac quoniam Deus fouet matrimoniū gra-  
tia sua, idēq; approbat, quatenus coniuges  
inter se matrimonium contrahunt, signū da-  
tur illustre, ad sperādā consuetudinem ipso-  
rum cū bonam esse per se, tum Deo gratam.  
Et quanquam prolis procreandæ causa matri-  
nium potissimū contrahi debet, tamen q̄ con-  
trahit etiam fornicatiōis uitandę causa, nō pec-  
cat: habeat enim unusquisq; uxorem suā pro-  
pter fornicationem, inquit Paulus. Vis igitur  
Sacramenti huius est, ut intelligant cōiuges, se  
non humana, sed diuina autoritate cōiunctos,  
gratiā accepisse, qua ipsis legitimus cōgressus  
non



non imputetur ad culpam: qua item Christianis uxorem gentilem, cum eo manere uolentem, sanctificet, & sanctos, hoc est, Deo dicatos filios procreet: qua denique perpetuam fidem coniugi seruet, ut sint duo in carne una: & qua mulier fidelis salua fiat in procreatione filiorum, si permanferit in fide & dilectione & sanctificatione cum sobrietate. Itaque matrimonium honorabile, in eorumque torus immaculatus esse potest. Quod cum Manichæi, Taciiani & Encrati tæ ignorarent, matrimonium reprehendere non dubitarunt: quam eorum sceleratam temeritatem, à doctrina dæmoniorum profectam, Apostolus Paulus damnat.

1. Tim. 2.

Ac quoniã uinculuri matrimonij tale est omnino, tantamque uim habet ad coniungendum, ut non sit ullum coniunctionis humanæ uinculum, quod magis constringat: quod cum agnosceret Adã in paradiso, sic de muliere, quã Deus è costa corporis ipsius ædificauerat, locutus est: Hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea: ob hoc uocabitur uirago, quoniam de uiro sumpta est. Quamobrẽ relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Itaque cum patria potestas huic inter cõiuges cõiunctioni suo iuri cedat, audiendi non sunt, qui uolunt hoc tempore

Gene. 2

D 3 ma-

matrimonium uel sponsalia cōtracta scindi & irrita esse, si parentum consensus nō accesserit. Nihil hic detrahimus obedientiæ, quam liberi parentibus debent, sed nolumus parētes in impediendis aut dirimendis matrimonijs potestate sua abuti. Quia tamē censemus honestatis esse, ut liberi sine consilio & consensu parentum non contrahant, huius officij sui per concionatores sedulò admonendi sunt.

An uerò parentibus potestas permitti debeat in hoc casu, liberorum inobedientiam derogatione aut saltem diminutione dotis aut aliqua alia uia puniendi, de hac re ordinariæ potestati cura relinquenda uidetur.

### *De sacrificio Missæ.*

Vt religionem, sine qua nulla gens uiuit, ius naturæ introduxit, sic etiam cæremonias, sine quibus religio coli nō potest, nec solet. In ipsis uerò cæremonijs externam oblationem, uelut præcipuam, oēs oīm seculorū gētes obseruaerunt, quæ etsi (teste Cypriano) circuncisionē uelut crudelē & naturæ inimicā horruerūt, nō tñ similiter repudiârunt reliqua sacrificia: sed in multis legē naturæ sequētes, expiationū retinuerūt instrumēta, & immolare uictimas, & incēdere adipēs, & libaminibus fundere corā Deo

uota & preces, cultu cum ipsa natura homini-  
bus insito, & per omnium animos diuinitus  
purgato, perseuerauerunt. Sed & hoc commu-  
ne, & omnium animis affixum, omnes gentes  
tenuerunt, ut externæ oblatiōis cultu, uim Deo  
deberi, magno consensu existimarent. Nemo  
enim externa oblatione colendum unquā cen-  
suit, nisi quem Deū esse aut sciuit, aut putauit,  
aut finxit huius cultus antiquitatem, duorum  
fratrum Cain & Abel sacrificia comprobant, Aug. de ci-  
uita. dei  
li. 10. ca. 6.  
quorum priorem simul & munera eius auer-  
satus reprobauit Deus, minoris uero oblatio-  
nem placatus aspexit.

Hunc uero sacrificandi ritum Deus, uolens  
omnes homines saluos fieri, mentibus homi-  
num hac de causa diuinitus inseuit. Cum enim  
propter unius hominis peccatum, uniuersum  
genus humanum iræ Dei & iustæ damnatio-  
ni obnoxium teneretur, tantoq; grauior & peri-  
culosior illis damnatio immineret, quanto ma-  
gis peccata peccatis accumulādo, iustam Dei  
iram contra se incitabant: **DEVS** nolens per-  
ire quos condiderat, mediatorem & reconci-  
liatorem humano generi destinauit, qui nos  
cum autore nostro recōciliaret, & iustam Dei  
iram singulari sacrificij oblatione placaret.

**DEVS** igitur magnæ dilectionis filium  
**D 4** suum

Heb. 9.

suum carne nostra circumdatum misit in mundum, qui peccata nostra in se suscipiens, in corpore suo ea pertulit in cruce, & semetipsum pro nobis hostiam appendens, per proprium sanguinem in sancta semel ingressus, æternam redemptionem adinuenit.

1. Cor. 6.

Huius preciosissimæ hostiæ nidore delinitus pater, iram remisit: & hoïes prius peccatis immerfos, impuros, & iniustos, & dānationi obnoxios, nunc filij sui sanguine ablutos absoluit, iustificauit, ac sibi reconcilauit.

1. Cor. 5.

Ioan. 1.

Ioan. 2.

apoc. 13.

Huius unice oblationis uirtus atq; efficacia, non illi modò tempori seruiens, quo Christus in carne hostiam se appendit, sed oēs oïm seculorum ætates complectēs, oïm hominum qui ab origine mundi fuerunt, & in finem usq; seculi nascituri sunt, delēdis peccatis suffecit. Verè enim erat Deus in Christo, mundū sibi reconcilians. Et: Ecce agnus Dei qui tollit peccata mundi: & ipse est propiciatio pro peccatis nostris: & non pro nostris tm̄, sed etiā pro totius mundi. Mundus aut̄ nō unius tēporis, sed oïm ætatū hoïes comprēdit. Hinc in Apocalypsi Christus agnus dicitur ab origine mundi occisus, qm̄ sanguis eius omnium ãtatum iam inde ab initio mundi delicta emundauit.

De hac oblatione, quæ ad totius generis humani

mani

mani reconciliationem una suffecit, Paulus ait:  
Vnica oblatione consummauit in æternū san-  
ctificatos. & quia in ipso complacuit omnem  
plenitudinem inhabitare, & per eum recōcilia-  
ri omnia in ipsum, pacificans per sanguinem  
crucis, siue quæ in terris, siue quæ in cœlis sunt,  
& placuit instaurari omnia in Christo, quæ in  
cœlis & quæ in terra sunt in ipso. Et in Esaia:  
Torcular, inquit, calcaui solus, & cuius liuo-  
re sanati sumus.

Heb. 10.  
Colo. 1.  
Eph. 2.

Esaia 63.  
Esaia 53.

Vt uerò huius tam efficacis oblationis, quæ  
omnium hominum salutem plenissimè, suffici-  
entissimè, & perfectissimè meruit, omnes ho-  
mines participes fierent, & eius fructum in se  
transferrēt, Deus ab initio mundi, sub lege na-  
turæ diuina inspiratione in animis hominum  
sacrificandi ritum excitauit, & mox data lege,  
diuersa sacrificia mōstrauit: quorum omnium  
hic usus erat, non ut homines Deo reconcilia-  
rent, & salutem ipsa mererentur, sed ut per hæc  
externa sacrificia uenturi sacrificij, in quo redē-  
ptionem omnium Deus promiserat, memoria  
in animis hominum subinde excitaretur, fides  
confirmaretur, & fructus eius credentibus, &  
in uirtute uenturi sacrificij sperantibus applica-  
retur. Et ut quoties ista sacrificia celebrarētur,  
homines cum aliorū beneficiorū Dei, quæ con-

D S tinua

tinua eius benignitate accipiebant, tum salutis  
suae per promissum reconciliatorem accipien-  
da, gratis animis recordarentur.

sal. 49.

Nullum itaq; siue sub naturæ, siue sub Moi-  
sis lege sacrificiū per se Deo placebat, quippe  
qui ijs quæ offerebantur, se non indigere sæpè  
protestatus est. Si esuriero, inquit, non dicam  
tibi: meus est em̄ orbis terræ & plenitudo eius.  
Nunquid manducabo carnes taurorū, aut san-  
guinem hircorum potabo? Sed quatenus hæc  
uisibilia sacrificia, inuisibilis & futuri sacrificij  
Sacramenta erant, si quis ea in fide à Deo pro-  
missi reconciliatoris obtulisset, hoc agens his  
externis sacrificijs, ut fidem in uenturum Chri-  
stum ostenderet, & salutaris istius sacrificij fru-  
ctum, quē iam & fide conceperat, & firma spe  
expectabat, in se transferret, & Deo pro tan-  
tis beneficijs animi sui gratitudinem declara-  
ret: utq; talia sacrificia & Deo grata, & offeren-  
ti salutaria erant, nulla quidem sua propria, sed  
futuri sacrificij uirtute, quam per fidem offeren-  
ti applicabant.

Et ut ratio sacrificiorum disertè intelligatur,  
unicum est sacrificium meritorum, cuius uir-  
tus delendis hominum peccatis efficax, homi-  
nes à Deo alienatos, & iræ eius ac damnationi  
obnoxios reconciliauit, & æternam salutem  
& re-

& redemptionem toti hominū generi meruit: illa uidelicet Christi uictima salutaris, qua pro delictis hominum in cruce se hostiam appens, in æternum consummauit sanctificatos, cuius meritum non accipit augmentum, quia perfectum est: nec diminuitur aut exhauritur, quia æternū est. Vnde & reliqua omnia sacrificia nihil huic sacrificio superaddunt, nihilq; ipsa per se merentur: sed unicæ huius oblationis fructum credentibus applicant, & ad excitandam & retinendam in animis hoīm huius unicæ oblationis memoriam & fidem confirmandam, & pro omnibus Dei beneficijs declarandam gratitudinem, seruiunt.

Hebr. 10.

Sunt autem huiusmodi applicatoria sacrificia quædam omnibus legibus communia, & promiscue omnibus hominibus permessa, qualia sunt sacrificium contribulati cordis & humiliati spiritus, & ob colendam pietatem susceptæ carnis afflictiones, sacrificium labiorum, precum, gratiarum actionis & laudis, & si qua sunt similia. Quædā uerò semper fuerunt uniuscuiusq; legis propria, & certis hominum officijs alligata, à quorum oblatione alij magnis comminationibus et pœnis arcebantur, primo Regum decimotertio, secundo Paralipom. uigesimalosesto. Nec ulla lex, quæadmodum nūc

Psal. 50.

nec

nec ulla gentium religio sacrificijs caruit: hæc enim tria colligata sunt, & seinuicem necessario consequuntur: Lex, sacerdotium, & sacrificium, Heb. 7.

Sic itaque sub lege naturæ iusti homines & de Dei promissionibus edocti, in eum quem futurum sciebāt saluatorem, credentes, sacrificia offerebant: quorum oblatione, futurę salutis fidem & spem, & pro ea gratitudinem suam declarabant, & eius quod futurum expectabant, salutaris sacrificij meritis adiuuari ambiebant. Hunc morem cæteræ gentes, occulta inspiratione animis eorum insita, imitantes, nō quidem uerum Deum, sed quem Deum aut putabant aut fingebant, sacrificijs placare uoluerunt.

Lex uerò per Moysen data, ad legem naturæ accedens, non ut eam tolleret, sed ut meliorem redderet, oblationes externas instituit: quæ & præfigurarent futurum Christi sacrificium, & quoties eas celebrarent Iudæi, tum aliorum beneficiorum Dei gratis animis recordarentur, cum illius uenturi sacrificij uirtutē in se, credendo & sperando & orando, transferrent.

Christus qui non uenerat legem soluere, quatenus uel naturalis uel moralis erat, sed eam potius adimplere, cum nouam legem suam, de qua iam ante per Ieremiã promiserat, in mundum indu

Iere. 31.

indu



induceret, ne eā solam in hac parte, cōtra præcedentium legum communem morem, mancam aut imperfectiorem relinqueret, peculiari sacrificio pariter & sacerdotio eam instruxit. siquidem necesse fuit, iuxta Apostoli sententiam, succedente noua lege etiā sacrificium huic legi peculiare consequi, Heb. 7. & sacerdotes, uelut huius sacrificij ministros, assumi, Heb. 5.

In qua legis parte, sanè bona, sancta & pia, idem dominus noster Iesus Christus, ne ecclesie suæ deesset, in ultima cœna cū gratias egisset Deo, sacramentū corporis & sanguinis sui instituit, duplicem eius usum statim commendans: ut à fidelibus uelut animæ salutare alimētum sumeretur: Accipite, inquit, & comedite; & ut in memoriam passionis suæ offerretur. cuius oblationis ministerium, apostolis, uelut nouæ legis sacerdotibus, contradens: Hoc, inquit, facite in mei commemorationem.

Quemadmodum igitur ante Christi aduentum Deus patribus certa quædam sacrificia tradidit, quibus magni istius sacrificij, quod futurum ipsi expectabant, memoriam in animis suis excitarent, fidem stabilirent, & fructū eius credendo & orando sibi applicarent, & per eorum oblationem beneficiorum Dei gratis animis recordarentur: sic Christus ecclesie suæ  
mun-

Hebr. 10.

mundam & salutarem corporis & sanguinis  
sui oblationē, sub speciebus panis & uini com-  
mendauit, qua corporis eius in cruce pro no-  
bis appēsi, & sanguinis effusi memoriam sub-  
inde in animis nostris renouaremus, & fructū  
īstius oblationis cruentæ, qua in æternum con-  
summauit sanctificatos, in nos transferremus.  
hoc est enim facere in memoriam eius, id est,  
gratis animis commemorare mortem domi-  
ni, & per memoriam & meritū passionis eius  
deprecari patrem ut nobis reconcilietur.

Hæc est mūda & salutaris oblatio, illius uni-  
ci sacrificij, quo oīm salus comparata est, reme-  
moratiua, non solum significans, sed re ipsa in  
se comprehendens ueritatem illarum rerum,  
quas diuersorum sacrificiorū oblationes olim  
pręsignabant: eadem nimirum corporis & san-  
guinis Christi hostia, quæ in cruce est oblata,  
non alia: idem agnus, non alius, & unus utro-  
biq; Christus, sed tunc cruento & passibili mo-  
do oblatus est, qua oblatione omnibus creden-  
tibus remissionem peccatorum & redemptio-  
nem sufficienter impetrauit. Nunc uerò eundē  
sub mysterio & modo incruento & impassibi-  
li offerimus, non ut peccatorum remissionem  
& animarum nostrarum salutem iam primum  
promereamur, sed ut passionis dominicæ me-  
mo-

moriã reolentes, Deo gratias agamus pro salute nobis in cruce impetrata, & ibi promeritã peccatorũ remissionẽ & redẽptionẽ, fide & deuotione nobis applicemus & appropriemus.

Hanc tam salutarem uictimã in spiritu præ- Malach. 1.  
uidit Malachias, cum ait: Non est mihi uoluntas in uobis, dicit dñs exercituũ, & munus non suscipiam de manu uestra: ab ortu enim solis usq; ad occasum, magnum est nomen meum in gẽtibus, & in omni loco sacrificatur & offeratur nomini meo oblatio munda. quod uaticinium de solis spiritualibus sacrificijs accipi non potest, quẽ nullius legis propria, sed oĩbus tẽporibus & hoĩbus cõmunia existũt, & cũ sacrificijs ueterũ semper cõmixta durauerunt. At ipsa uerborũ serie satis cõuincitur, Prophetã loq; de sacrificio, qd, sublatis ueteribus sacrificijs, in locũ eorũ erat successurũ. unde recte hæc uerba de sacratissimo Christi sacrificio accipiũtur, nõ illo quidẽ, q se in cruce pro peccatis generis humani obtulit: (illud em̃ nec inter gentes, nec in om̃i loco, sed in Iudæa consummatũ est) sed qd ex gẽtibus cõgregata ecclesia p totũ terrarũ orbẽ offert ad recordationẽ mortis dñi, & ad uirtutẽ ei⁹ in credẽtes trãsfundendã: atq; hic loci illius intellectus, luculẽtis patrũ testimonijs roborat. Irenęus li. 4. cõtra hæreses ca. 32. Eũ  
qui

q̄ ex creatura panis est accepit, & gratias egit,  
dicēs: Hoc est corpus meū. Et calicē similiter,  
qui est ex ea creatura, quæ est secundū nos, su-  
um sanguinē confessus est, & noui testamenti  
nouā docuit oblationē, quam ecclesia ab Apo-  
stolis accipiēs, in uniuerso mūdo offert Deo,  
de q̄ in 12. pphetis Malachias sic præsignauit:  
Ab ortu solis usq; ad occasum, nomen meum  
glorificatur inter gētes, & in omni loco incen-  
sum offertur nomini meo & sacrificium purū.

Aug. con-  
tra aduer-  
sarios le-  
gis lib. 1.  
cap. 20.

Mal. 8

Augustinus: Nouerint, inquit, qui legunt, quid  
protulerit Melchisedech qñ benedixit Abra-  
ham. Et si iam sunt participes eis, uident tali sa-  
crificio nunc offerri Deo toto orbe terrarum.  
Vnde alius propheta dicit ad eum, qui secun-  
dum carnem est Israël: Non est mihi uolun-  
tas in uobis, &c. Ambrosius de hoc nouæ le-  
gis sacrificio testatur: Antè agnus offerebatur,  
offerebatur uitulus: nūc Christus offertur qua-  
si recipiens passionem, & offert seipsum quasi  
sacerdos. Chrysostomus: Nonne per singulos  
dies offerimus? offerimus quidem, sed recor-  
dationem facientes mortis eius: & una est hæc  
hostia, non multæ. Quomodo est una, & non  
multæ? & quia semel oblata est illa, oblata est  
in sancta sanctorum. Hoc autē sacrificium, ex-  
emplum est illius, id ipsum semper offerimus.

Nec

Nec nunc quidem alium agnum, crastina alium, sed semper id ipsum, & cetera. Athanasius: In æternum, inquit, Christi est sacerdotium: quia quotidie offertur per ministros Dei oblatio, Christum & pontificem habēs, & sacrificium.

Hanc uero oblationem, quā ecclesiæ in recordationem mortis suæ faciendam Christus commēdauit, prius ipsum in cœna exercuisse, & patri seipsum sub speciebus panis & uini obtulisse, magni testes cōprobant: inter quos Dauid, Christum appellans sacerdotem secundū Psal. 109. ordinem Melchisedech, satis ostendit, Christū sacrificio panis & uini, figurā, quæ in Melchisedech sacerdote præcesserat, adimpleuisse, Gen. 14. de qua re sanctus martyr Cyprianus lib. 2. epist. 3. Qui ordo utiq; est de illo sacrificio ueniens, & inde descendens, quòd Melchisedech sacerdos Dei summi fuit, quòd panem & uinū obtulit, quòd Abraham benedixit. Nam quis magis sacerdos Dei summi, quàm dominus noster Iesus Christus, qui sacrificiū Deo patri obtulit, & obtulit hoc idem quod Melchisedech obtulerat, id est, panem & uinum, suum scilicet corpus & sanguinem? Et mox: Vt ergo in Genesi per Melchisedech sacerdotem benedictio circa Abraham posset ritè celebrari, præcedit ante imago sacrificij, in pane & uino scilicet

E licet

licet constituta: quā rē perficiens & adimplens dominus, panem et calicem mixtum uino obtulit: & qui est plenitudo, ueritatem præfiguratę imaginis adimpleuit. Arnobius: Hic (inquit, de Christo loquens) qui per mysterium panis & uini sacerdos factus est in æternum secundum ordinem Melchisedech, qui panem & uinum solus obtulit in sacerdotibus, dum Abraham uictor reuerteretur de prælio. Damascenus: Pane & uino suscepit Melchisedech Abraham ex cęde alienigenarum, qui erat sacerdos Dei altissimi. illa mensa hanc mysticam præfigurauit mensam, uelut & sacerdos ille Christi ueri sacerdotis præfiguratam præ se ferebat imaginem. Tu es, inquit, sacerdos secundū ordinē Melchisedech. Similia multa testimonia inueniuntur apud Hieronymum ad Euagrium, Augustinū de Doctrina Christiana libro quarto, cap. uigesimo primo, Ambrosium de Sacramentis libro 4. Chrysostrum, Theophylactum.

Secundum hæc sacrę scripturę & sanctorum patrum testimonia, Catholica Ecclesia, duo Christi sacrificia agnoscit, eadem secundum substantiam, sed secundum rationem & ritum offerēdi multum diuersa: Vnum in cruce cruentum: Alterum, quo in cœna sub panis & ui-

Aug  
ra  
ari  
gis  
ap

Ma

& uini specie corpus & sanguinem suum ipse sacerdos iuxta ordinē Melchisedech patri obtulit, perpetuum condens nouæ legis sacrificium, quod apostolis suis ac successoribus ipsorum, ut ad finem usq; seculi in memoriam ipsius facerent, commendauit. Horum ut modus offerendi diuersus, sic & usus discretus est. cruento suo sacrificio Christus totius mundi reconciliationem & propiciationem pro peccatis, & plenam omnium redemptionem impetrauit. Alterum uero sacrificium, ad recordationem cruenti sacrificij institutū & ecclesie cōmēdatum est, quo Christum impassibili & incruento modo sistimus patri, non ut remissionem peccatorum & redemptionem de nouo mereamur, sed ut in cruce meritam fide & deuotione nobis applicemus, Christi iussionem sequentes, qua iussit ut hoc in memoriam suū faceremus: id est, ut per memoriam & meritū passionis suæ, patrem pro reconciliatione nostri & peccatorum remissione, & animarum nostrarum salute, proq; corporum ac rerū nostrarum incolumitate, deprecaremur.

Haftenus ostensum est, quibus rationibus & testimonijs sacrificium altaris subnixum subsistat; nunc de ritu eius pauca subiiciantur.

E 2 In

In celebratione sacrificij altaris, nūc laudes  
Dei, nunc fideles populi preces, nunc gratiarū  
actiones, nunc scripturarum lectiones subinde  
admiscentur. Vnde & laudis, & gratiarū actio  
nis, & precū sacrificium recte nuncupatur: quo  
ritu Catholica Ecclesia Christi exemplum re-  
fert, qui in cœnæ sacrificio pro incolumitate  
Ecclesię, quam in terris relicturus erat, multas  
preces ad patrem fudit, & tandem hymnis &  
gratiarum actione cœnam mysticam consum-  
mauit. Sed & hęc Pauli seriam commonitio-  
nem, qua in primis fieri uoluit obsecrationes,  
orationes, postulationes, gratiarum actiones  
pro omnibus hominibus, pro regibus & oī-  
bus qui in sublimitate constituti sunt, ut quie-  
tam & trāquillam uitam agamus in omni pie-  
tate & castitate, Ecclesia in celebratione sacri-  
ficij altaris, iuxta Augustini sententiam, plene  
& examussatim obseruat: tū obsecrationes fa-  
cit, antequam illud, quod est in domini men-  
sa, incipiat benedici: Orationes uerò, cum be-  
nedicitur & sanctificatur: postulationes autem  
ceu interpellatiōes, cum populus benedicitur,  
& misericordissimæ potestati commendatur.  
Quibus peractis, & participato Sacramento,  
gratiarum actio cuncta concludit. Vide Augu-  
stinum epist. 59. ad Paulinum, ubi ritum cele-  
bran-

Ioan. 17.

1. Tim. 2

Aug  
ra  
ar  
gis  
ap

Ma



brādi sacrificij altaris, qualem hodie obseruat  
Ecclesia perspicuè agnosces.

Sed & apud alios omnium ætatum uiros  
Catholicos hunc ritum receptum & cōfirma-  
tum uidere licet, qui admixtas in celebratione  
huius sacrificij preces, & gratiarum actiones,  
& ipsam hostiam solenni prece consecrari so-  
litam, magno consensu meminerunt. de qua  
re Chrysostronus in Matthæum homilia 83.  
de Sacerdotio libro tertio. Basilius Magnus de  
Spiritu sancto cap. 27. Theophylactus in ca.  
14. Marci. Gregorius epist. 63. ad Ioannem  
Episcopum Syracusanum. Ambrosius de Sa-  
cramentis libro 4. ca. 5. qui & hunc canonem,  
quo nunc utitur Ecclesia, penè secundum sin-  
gula eius uerba, passim in libris à se editis re-  
censet.

*De memoria Sanctorum in altaris sa-  
crificio fieri consueta, & de eorum in-  
tercessione inibi expedita, & obiter de  
Sanctorum inuocatione.*

Cū itaq; in hoc altaris sacrificio immēsi isti-  
us beneficij memoriam recolimus, quo Chri-  
stus semetipsum pro totius corporis sui mysti-

E 3 ci, id

ci, id est, pro omnium credentium incolumi-  
tate & salute hostiam fecit, ibiq; secundū do-  
mini exēplum & Apostoli commonitionem,  
p̄ totius Ecclesiæ incolumitate preces ad De-  
um fundendæ, & pro omnibus eius beneficijs  
gratiæ agendæ sint: Ecclesia intra sese oīa sua  
mēbra colligēs, eorum etiam memoriā facit,  
q̄ hac mortalitate exuti, apud dñm uiuūt, & in  
primis grata ueneratiōe Deo dilectos sanctos  
complectens, pro his gratias Deo agit, q̄ eos,  
cum natura imbecilles essent, gratiæ suæ mu-  
nere ita roborauit, ut uicia carnis superarēt, et  
contra peccatum, diabolū & mortem non  
sua, sed Dei uirtute fortes, uiriliter dimicando,  
coronam iustitiæ à iusto iudice impetrarent.  
De huius gratiarum actionis pro sanctis anti-  
quitate & consuetudine, per totam Ecclesiā di-  
uulgata, uide apud Dionysium Areopagitam,  
Cyprianū lib. 3. epist. 6. lib. 4. epist. 5. August.  
de ciuitate Dei lib. 8. cap. 27. lib. 22. cap. 10. con-  
tra Faustum Manich. lib. 20. cap. 21.

Nec solum ueneramur sc̄tōs, & pro his gra-  
tias agimus, sed eorū precibus & meritis in oī-  
bus diuinę protectiōis auxilio muniri postula-  
mus, rectē sentiētes, eos uelut eiusdē commu-  
nionis ciues, & corporis eiusdē mēbra, etiam-  
num uno spiritu & uinculo charitatis nobiscū  
colli-

colligatos, salutem nostram appetere, & ma-  
lis nostris indolere: ideoq; pro necessitatibus  
nostris apud communem Deum patrem, per  
Iesum Christum communem omniū media-  
torem, interpellare. Quod ut faciāt, ipsum ius  
communione qua nobis iuncti sunt, simul &  
præceptū eos adducit. Orate, inquit Iacobus, Iaco. 5.  
pro inuicem ut saluemini: & charitas qua erga  
nos afficiuntur, suadet & monet, & ea qua apud  
Deum nunc pro se securi, & ab infirmitatibus  
& defectibus immunes uiuunt, facultas non  
prohibet: quodq; eos in alia uita facere aper-  
tis scripturæ testimonijs cognouimus, 2. Ma-  
cha. 15. ubi Onias conspicitur manus proten-  
dens, & orans pro populo: & alius uir, ætate  
et gloria mirabilis, de quo dicitur: Hic est fra-  
trum amator et populi Israël: Hic est qui mul-  
tum orat pro populo et uniuersa sancta ciuita-  
te Hierusalem, Ieremias propheta. & Zacha-  
riæ primo, Angelus pro ciuitatibus Iuda in-  
terpellat: Domine exercituum, usquequo non  
misereris Hierusalem, & urbium Iuda qui-  
bus iratus es?

Hac fide, sicut eorū q; nobiscū in carne uiuūt,  
ita et scīōrum apud Deū uiuentiū preces pro  
nobis postulamus: & ut pro nobis orent, eos  
nominatim appellamus, nec dubitamus quin

Luc. 15.

ei qui potest omnia, facile sit efficere, siue per Angelorum ministeria, siue alia sibi placita ratione & uia, ut nostras petitiones sancti resciscant, qui utiq; hoc præstat, ut Angeli peccatoris conuersionem in cælo cognoscentes, gaudio exultent.

Psal. 142.

Lucæ 17.

Rom. 8.

Merita uerò Sanctorum non talia esse asserimus, qualia in Christo inuenimus, qui semet ipsum pro nobis impendens, & sanguinem suum pro nobis fundens, plenam cum Deo reconciliationem mundo promeruit. Sancti uerò merita sua, quibus & ipsi saluati sunt, & nobis suffragantur, ex eodem omnis salutis & totius meriti fonte, Christi uidelicet passione, hauserunt. Non enim, si iustitiæ rigorem spectemus, cuiquam Sanctorum operationes suæ, quantumuis fructuosæ, ad propriam salutem suffecissent, iuxta illud: Nō iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Et illud Christi: Si feceritis omnia quæ præcepta sunt uobis, dicite: quia serui inutiles sumus. Et illud Pauli: Non sunt condignæ passionibus huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in uobis. Ex Dei autem misericordia & liberalitate & Christi gratia, non solùm ipsis ad salutem Sanctorum merita conducunt, sed etiam nobis ad protectionem & gratiæ diuinæ impetrationem

nem profunt, Deo in eis misericorditer com-  
plente, quod ueraciter promisit, cum ait: Ego Exod. 21  
sum Deus tuus fortis, zelotes, uisitans iniqui-  
tates filiorum in tertiam & quartam generatio-  
nem, eorum qui oderunt me, & faciens mise-  
ricordiam in millia ijs, qui diligunt me, & cu-  
stodiunt præcepta mea. Sic defuncti Abraha- Gene. 26  
mi merita, filio Isaac profecerunt: & Iacob in  
religione nepotes suos erudiens, nomen suum  
& patrum suorum super ipsos inuocari edo-  
cuit Genes. 48. quod & Moises plena fiducia  
fecit: Quiescat, inquit, ira tua, & esto placabilis  
super nequitia populi tui: recordare Abra-  
ham, Isaac & Israël seruatorum tuorum, Exo-  
di 32. Sic propter gratiam, qua apud Deum  
ualuit Dauid uir secundum cor Dei, tota eius  
posteritas indulgentiam Dei in commodum  
suum persæpe sensit, 3. Regum 12. 4. Reg. 19.  
Esaiaë 37. Ezech. 14.

*De memoria defunctorum in  
Christo.*

Dominus noster Iesus Christus, secundum  
uoluntatem patris hostiam redimendis homi-  
nibus salutarem seipsum in cruce affigens, uti-  
que omnes eos, qui hanc uictimam suam sal-

E s uandis

uandis hominibus iam inde ab origine mundi  
destinatam, fide & uoto pręuenissent, uel inse-  
quentibus temporibus fide eam amplexuri es-  
sent, intra seipsum uelut membra sua college-  
rat, uolens passionis suę fructum ad omnes pa-  
riter qui corporis eius membra unquam effe-  
cti essent, peruenire: unde Ecclesia communis  
huius sacrificij memoriam recolens, omnia  
sua membra pariter aduocare, nec quenquam  
eorum excludere debet, qui secundum Domi-  
ni liberalem uoluntatem, utilitatis huius sacri-  
ficij capax existit. Ideoq; quemadmodũ prius  
Sanctorum, ita postea etiam reliquorum Chri-  
stianorum memoriam circa sacrificium alta-  
ris inducit, quos in uera Christi fide decessisse  
pię credit, de quibus tamē satis certum esse ne-  
quit, utrum satis emũdati & purgati hinc emi-  
grauerint. Aliam tamen Sanctorum, & aliam  
aliorum in somno pacis quiescentium, memo-  
riam seruat: Illorũ quidem, non ut oremus pro  
eis, sed magis ut orēt ipsi pro nobis, ut uestigijs  
eorum inhæreamus: Horum uerò, ut commu-  
ni Dño pro eis supplicemus, quatenus Deus  
omnibus in Christo quiescentibus, locum re-  
frigerij, lucis & pacis indulgere dignetur, per  
Christum dominum nostrum.

Eos uerò, qui nos in signo fidei præcesse-  
runt,

August. in  
Ioan. tra-  
cta. 84.

runt, ut à cōmercio orationum nostrarū non  
secludamus, ipsa cōmunionis, quam cū omni-  
bus Sanctis confitemur, ratio disertè exposcit:  
quippe qui etiam corporibus soluti, spirituali-  
bus tamen nexibus nobiscum cohærent, &  
uno spiritu uelut eiusdem corporis membra  
nobis adglutinantur, & uinculo charitatis con-  
nexi adhærent nobis, nec mors eos corporalis  
ex mystici corporis Christi compage præscin-  
dere aut separare potest.

Cum itaq; talem orandi formam nobis do-  
minus insinuauerit, ut nemo pro sua tantū, sed  
uelut magnæ cōmunionis ciuis, pro omnium uti-  
litate rogare debeat, & per Apostolum præci- Iacob, 5.  
piat nos pro inuicē orare ut saluemur: magnæ  
in consortes suos crudelitatis, & contra domi-  
num detestandæ temeritatis fuerit, si quis à cō-  
mercio orationum nostrarum in Christo de-  
functos excluderet: quod eum facere nusquam  
scriptura præcipit, & communionis spiritalis,  
quam cum Sanctis omnibus profitemur, ratio  
disertè uetat.

Hanc autem consuetudinem per totā Chri-  
sti Ecclesiam diuulgatam, qua circa altaris sa-  
crificium memoria defunctorum adhibetur,  
ex Apostolica traditione promanasse, magnis  
& fide dignis testimonijs abūdè doceri potest.

Dio-

Dionysius Areopagita lib. Ecclesiasticę hierar-  
chię cap. 7. de prece super defunctis faciendā,  
ex diuinis ducibus, hoc est, apostolis traditio  
peruenit ad nos. ubi & totum harum precum  
ordinem & rationem luculenter explicat. Pre-  
catur, inquit, oratio illa diuinam clementiam,  
ut cuncta dimittat per humanam infirmitatem  
admissa peccata defuncto, eūq; in luce statuat  
& regione uiuorum.

Chrysoft.  
ad pop.  
om. 69.  
in primo  
sermone  
ho.  
il. 41.

Chrysoftomus ad populum Antiochenum  
Hom. 69. Nō temere, inquit, ab apostolis hęc  
fancita fuerūt, ut in tremendis mysterijs defun-  
ctorum agatur commemoratio. Sciunt enim  
illis inde multum cōtingere lucrum. cum enim  
constiterit populus extēsis manibus, & tremen-  
dum proponatur sacrificiū, quomodo Deum  
non exorabimus pro his deprecantes?

In sermo-  
ne ihs qui  
in fide  
uinc mi-  
grauerūt.

Damascenus: Apostoli, inquit, discipuli sal-  
uatoris, qui totius mūdi circulum cepere præ-  
dicando uerbum uitę, quod suis oculis uide-  
rant, in tremendis uitalibusq; sacramētis, me-  
moriam eorum qui fideliter obdormierunt, ha-  
bendam edixerunt: quod adhuc firmiter, atq;  
adeò sine contradictione, obseruat Apostolica  
& catholica ecclesia Christi & Dei, à finibus  
usq; ad fines terrę, ab eo tempore usq; in præ-  
sens & in finem mundi usq;.

Au.



Augustinus: Neq; negandum est, defuncto-  
rum animas pietate suorum uiuentium releua-  
ri, cum pro illis sacrificiū mediatoris offertur,  
uel eleemosynæ in ecclesia fiunt: sed hæc eis  
profunt, qui, cum uiuerent, ut hæc eis prodesse  
possent, meruerunt &c. Similia uide apud Epi-  
phanium lib. 3. contra hæreses. Tertul. ad uxo-  
rem de corona militis. Ambrosiū in orat. pro  
Imperatore Theodosio de excessu fratris. Itē  
lib. 2. epistolarum ad Faustum. Cyprianū lib.  
1. epist. 9. Bernhardum in Cant. 1. sermo. 66.

In Ene-  
ridio ca-  
10 in q  
stio. 2.  
Tulita

Post hanc defunctorum memoriā, ubi iam  
iterum ecclesia communem uiuentiū salutem  
clementi dño commendauit, reliquæ preces  
ad dignam sumendæ sacrosanctæ Eucharistiæ  
præparationē referuntur: quæ pars Missæ peculi-  
aris est præsentibus, & sacrosanctā eucharistiā  
sacramentaliter aut saltem spiritualiter sumen-  
tibus: nec in commune admodum seruit, cum  
nemo sicut pro alio baptizari, ita nec sacramen-  
tum sumere utiliter possit. Participato tandem  
sacramento, & cæteris rite peractis, gratiarum  
actio cuncta (ut ait Augustinus) concludit.

*De communionem cum sacrifi-  
cio iungenda.*

Atq;

ug. de  
ū & lite  
cap. II.

De conse  
tra. dist.  
h. ca. per  
pcta ca.  
oielato.

n  
le  
n  
u  
yt

Atq; hic expedierit, cum uerissimum illud  
& singulare sacrificium offertur, ueterem eccle  
siæ morem reuocare, quo non solum sacrificās  
ipse, sed & diaconi & reliqui ecclesiæ ministri,  
qui diebus solennioribus uelut testes tanti sa-  
crificij & necessariorum ministeriorum coad-  
iutores adhibentur, ut perceptionis corporis  
& sanguinis domini nostri Iesu Christi parti-  
cipes se præberent, seria canonum sanctione iu-  
bebantur: sed & fideles omnes pro recolenda  
mortis domini & nostrę redemptionis memo-  
ria, ad hoc mediatoris nostri sacrificium con-  
fluentes, sedulis exhortationibus monendi &  
excitandi sunt, ut prius explorati, confessi &  
absoluti, sacrosanctę communionis gratiam  
sumant, & diuinissimæ eucharistię participa-  
tionem unā cum sacerdote sedulo & deuotē  
frequentent.

### *De cæremonijs & usu sa- cramentorum.*

Cæremoniæ ueteres, quæ sacramento bap-  
tismatis adhibentur, retineantur omnes, Exor-  
cismus uidelicet, abrenunciatio, professio fidei,  
Chrisma & alia: pertinent enim ad efficaciam  
huius sacramenti adumbrandā et significandā.

Item

Item in cæremonijs ueteribus, quæ ab eccle-  
sia catholica adhibentur Missæ, nihil mutandū  
uidetur. sunt enim omnes ad id, quod in Missa  
agitur, cum primis aptæ.

Et quod ad usum huius sacri attinet, debent  
in singulis ciuitatibus & in singulis ecclesijs (eti-  
am si in una ciuitate aut loco plures sint) quæ  
proprijs sacerdotes & populi illuc conuenien-  
tis frequentiam habent, singulis diebus duæ ad  
minimum Missæ celebrari: altera matutina, cui  
interesse possint homines qui labore manuum  
rem quærunt, ut conuenientes uel communi-  
cent de eucharistia, uel se Deo pie cōmendent.  
Altera uerò celebrior, quæ canetur circa horā  
octauam diei antemeridianam, cui eodem mo-  
do adsint, qui uel communicare de eucharistia,  
uel se Deo commēdare uelint. In pagis autem  
singulis quibusq; dominicis & festis diebus sin-  
gulæ Missæ ad minimum celebrentur.

Atq; ut populus ad usum Missarum reuoce-  
tur cōmode, Concionatores iuxta sententiam  
de hoc sacro superius explicatam, populū hor-  
tari debent, ut eidem libenter intersit, cui eti-  
am præscribendæ sunt certæ meditationes,  
eæq; ad singulas Missæ partes aptæ: et ante  
præfationem presbyter aut diaconus, si huius  
copia sit, ostendat uerum Missæ usum, eumq;  
po

populo ex præscripto, de quo etiam conueniat, commendet pro ratione de sacro hoc superius explicata.

Canon item, in quo nihil mutetur, habeat etiam suam succinctam & dilucidam interpretationem, ut inde presbyteri & functione officij sui eo melius intelligere, & quod intelligunt, populo explicare possint.

Ceremoniæ reliquæ Sacramentorum, iuxta præscriptum Agendarum ueterum, adhibeantur: in quas tamen si quid irrepsit, quod causam dare possit superstitioni, tollatur. Altaria, uestes sacerdotum, uasa Ecclesiæ, uexilla, item cruces, candelæ, imagines, retineantur in Ecclesia. Sed ita tamen, ut sint monumeta: nec cultus latriæ in hoc genus transferatur: nec ad imagines & statuas superstitiose cõkursus fiat.

Horæ item Canoniciæ, & illa pia psalmodia, quam nobis Apostolus ipse commendauit, ex Ecclesijs minimè tollantur: & ubi sublatae sunt, restituantur, maximè uerò de tempore & Dominica & alijs uetustis & sollemnioribus festis.

Quæ autem de Sanctis adiecta sunt, ad ea quæ in ueteri de Sanctis communi posita sunt, reuocanda: & sicubi modum excedunt, corrigenda uidentur.

Vigiliæ

Vigiliae item & Exequiae mortuorum de more ueteris Ecclesiae celebrentur. esset enim immane, in Ecclesia nullam illorum memoriam retinere, quasi animae ipsorum una cum corporibus interierint.

Festi item dies ab Ecclesia recepti, retineantur, si non omnes, tamen praecipui.

Dominicae dies.

Natalis Domini.

Circuncisio Domini.

Epiphania.

Palmarum.

Pascha cum duobus diebus sequentibus.

Ascensio Domini.

Pentecoste cum duobus diebus sequentibus.

Corporis Christi.

Festi item dies beatæ Mariæ uirginis, & sanctorum Apostolorum.

Sancti Ioannis Baptistæ.

Mariæ Magdalenaë.

Stephani.

Laurentij.

Martini.

Michaëlis.

Omnium Sanctorum, & apud singulas Ecclesias eorum sanctorum, qui ibidem singula-

F

res

res patroni habentur, ut in eisdem Sanctorum  
festis Deum in Sanctis honoremus, nosq; ad  
imitationem ipsorum excitemur, & confide-  
remus orationibus ipsorum adiuuari & meri-  
tis associari.

Dies item Rogationum ante Ascensionem  
Domini, & Letania in die sancti Marci, & per  
annum alia consuetæ processiones pro ueteri  
more obseruentur. Similiter in hebdomada  
sancta & circa reliqua Ecclesiæ festa debita so-  
lennitates adhibeantur, et in uigilia Paschæ &  
Pentecostes aqua Baptismalis per omnes Ec-  
clesias parochiales solenni benedictione præ-  
paretur.

Ac cum abstinentia carniū, quæ non ab-  
ominationis, sed temperantiæ causa suscipitur,  
per se bona, & ad carnem castigandam apta sit,  
ac etiam publica utilitas postulet, ut certis tem-  
poribus à carnibus abstinemus, cum aliàs pe-  
cora ad assiduum carniū esum sufficere uix  
possint, mos & institutū ueteris Ecclesiæ die-  
bus ieiuniorum, feria sexta & sabbato à carni-  
bus abstinendo, retineatur. Hanc enim absti-  
nentiam Ecclesia ex nulla superstitione susce-  
pit, quæ à cibis quibusdam certis tempori-  
bus abstinet, non ob ullam ciborum immun-  
ditiam (sciens omnia munda esse mundis, &  
nihil

nihil inquinare hominem quod per os ingre-  
ditur) sed ad edomandam carnem, ut anima  
à prauis cupiditatibus & à malis motibus me-  
lius humilietur: eamq; abſtinentiam præcipue  
diebus feriæ ſextæ & ſabbati indixit, ut homi-  
nes ad cultum Deo debitum perſoluendum,  
ad auditionem uerbi Dei, & ad ſacroſanctæ  
Eucharistiæ perceptionē (quæ olim frequen-  
tior diebus dominicis ſeruabaſt) biduana ab-  
ſtinentia præparati, magis idonei & dignio-  
res accederent: et ut hac uoluntaria caſtigatio-  
ne quaſi cum Chriſto (cuius paſſionis memo-  
ria his diebus potiffimū à fidelibus recoli-  
tur) carnem ſuam crucifigerent. Conſueta etiã  
Eccleſiæ ieiunia obſeruentur, ſed ita tamen, ut  
non aſtringantur quos neceſſitas excuſat: qua-  
les ſunt qui grauioribus laboribus exhauriun-  
tur, & peregrinantes, item grauidæ mulieres,  
lactentes pueri, ſenes, ægroti.

Nec improbetur benedictio earum rerum,  
quæ exorcifmis & orationibus ad uſum ho-  
minum præparantur, dummodo operationes  
quæ inde naſcuntur, non rebus ipſis, ſed diui-  
næ uirtuti tribuantur: & caueatur, ne eadem  
ad ullum incantationis aut ſuperſtitionis ge-  
nus transferantur.

Et quanquam cum Apoſtolo ſentiendum,

F 2 eum

eum q̄ cælebs est, curare quæ sunt domini & eoq̄ magis optandum, multos inueniri clericos, qui cum cœlibes sint, uere etiam contineant: tamen quum multi, qui ministerij ecclesiastici functiones tenent, iam multis in locis duxerint uxores, quas à se dimittere nolint: super ea re generalis Concilij sententia expectetur, cum alioqui mutatio in ea re, ut nunc sunt tempora, sine graui rerum perturbatione nunc fieri non possit.

○ Illud tamen negandum non est, etsi coniugium per se honorabile est, iuxta scripturam: eum tamen qui nō ducit uxorem, & uerè continet, melius facere, secundum scripturam.

■ Eadem est ratio usus Eucharistiæ sub utraque specie, cui multi etiam assueuerunt, & ab eo auelli sine graui rerum motu hoc tempore non possunt: & quia Concilium Oecumenicum, cui omnes Imperij Status se submiserūt, proculdubio piam & sollicitam curam adhibebit, ut in hoc casu conscientijs multorum & publicæ tranquillitati optimè consulatur, qui usum utriusq̄ speciei antehac receperunt, eūq̄ relinquere nolunt, super ea quoq̄ re deliberationem & sententiam Oecumenici Concilij expectent.

Hi tamen qui utriusque speciei usum ample  
Et un-



Etuntur, illam inueteratā sub una specie com-  
municandi consuetudinem repræhendere nō  
debent: nec alteri alteros perturbent, donec  
uper ea re Concilium Oecumenicum decre-  
erit.

Et quanquā Sacramentum Eucharistiæ sub  
utraq; specie institutum est, non tamen senti-  
endum est, Christum in carne diuidi, contra  
quā scriptura diuinitus inspirata tradit, sed  
sub singulis speciebus integrum contineri.

Ac quoniam in Sacramento Eucharistiæ  
est uerum Christi corpus, & uerus Christi san-  
guis, in hoc Sacramento Christum meritō  
adorari debere.

Item Sacramentum Eucharistiæ semel uer-  
bo Christi cōsecratum, etiam si asseruetur diu-  
tius, tamen Sacramentum & corpus & sangui-  
nem Christi remanere donec sumatur.


Quæ uero ad disciplinam Cleri & populī  
pertinent, uidentur cum primis necessaria esse  
ad tollenda ex Ecclesijs scādala, quæ dant ma-  
gnam causam horum temporum perturbati-  
oni, id quod res ipsa loquitur. Itaque si quam  
Ecclesijs utilem reformationem Cæsarea Ma-  
iestas procurauerit, tantum abest ut quisquam  
sanctæ religionis nostræ & publicæ tranquil-  
lita

F 3 lita

litatis studiosus, repudiare eam uelit, ut omnes  
etiam pro ea citius promouenda & procuran-  
da, Cæsaream Maiestatem obnixè &  
humilime precari de-  
beant.

**FINIS.**

Gal. mg. gg. ff.



47 L 1030

ULB Halle

3

004 834 178




56

6.62

cl. K.







*d*  
**INTERIM,**  
HOC EST,  
**CONSTITVTIO, PRAE-**  
scribens qua ratione Sacrosancti Im-  
perij Romani Status in negotio Re-  
ligionis usq; ad decisionem Concilij  
Tridentini, sese mutuò gerere ac ex-  
cipere debeant, in nunc habito Aus-

gustæ conuentu XV. Maij

à Cæsar. Maiest. pub-

blicata.

*Adriani  
in Chronolog.  
17 Maij  
fol. 168.*

*Cum Gratia & Priuilegio Cæ-*  
*sareæ Maiestatis.*

COLONIAE,  
Ioannes Quentel excudebat, Anno  
M. D. XLVIII. Mense  
Iunio.